In diebus illis. Factus est sermo dñi ad heliam thesbitem dicens. Surge et vade in sarepta sidoniorum: et manebis ibi. Precepi enim ibi mulieri vidue: vt pascat te. Surrexit helias: et abijt in Sarepta. Cũq; venisset ad portã ciuitatis apparuit ei mulier vidua\colligens ligna. Et vocauit eam: dixitq; ei. Da michi paululum aque in vase: vt bibã. Cũq; illa pgeret vt afferret clamauit post tergum eius dicẽs. Affer michi obsecro et bucellã panis in manu tua. Que respondit. Viuit dñs deus tuus: quia non habeo panẽ nisi quantũ pugill⁹ capere potest farine in hydria/et paululum olei in lechito. En colligo duo ligna\vt ingrediar et faciam illud michi et filio meo\vt comedamus et moriamur. Ad quem helias ait. Noli timere: sed vade\et fac sicut dixisti. Veruntamen michi primum fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulũ et affer ad me: tibi aũt et filio tuo facies postea. Hec autem dixit dñs deus israel. Hydria farine nõ deficiet: nec lechit⁹ olei minuetur vsq; in diem in qua dñs datur⁹ est pluuiã sup faciẽ terre. Que abijt et fecit iuxta verbũ helie: et comedit ipse et illa: et dom⁹ ei⁹ tota. Et ex illa die hydria farine nõ defecit et lechitus olei non est imminutus iuxta verbũ dñi quod locutus fuerat in manu helie.

Ps. liiii

Gr. Iacta cogitatũ tuum in dño: et ipse te enutriet. V. Dum clamarem ad dominũ exaudiuit vocẽ meã: ab his qui appropinquant michi. [illegible]

Euangeliũ Secundum Matheũ.

In illo tpe. Locut⁹ est iesus ad turbas\et ad discipulos suos dicens. Super cathedrã moysi\sederunt scribe et pharisei. Oĩa ergo quecũq; dixerit vobis\seruate et facite\scdm vero opera eorũ nolite facere. Dicũt enĩ et nõ faciũt. Alligant enĩ onera grauia et ĩportabilia\et imponunt in humeros hoĩem\digito autem suo nolũt ea mouere. Oĩa vero opera sua faciunt\vt videãtur ab hoĩbus. Dilatant enĩ philateria sua\et magnificãt fimbrias. Amãt enĩ primos recubit⁹ in cenis\et primas cathedras in synagogis\et salutatiões in foro\et vocari ab hoĩbus rabbi. Vos autẽ nolite vocari rabbi. Vnus est enĩ magister vester\omnes autẽ vos fratres estis. Et patrem nolite vocare vobis sup terram: vnus est enim pater vester\qui in celis est. Nec vocemini magistri: q2 magister vester vnus est xps. Qui maior est vestrum\erit minister vester. Qui enim se exaltauerit humiliabitur\et qui se humiliauerit\exaltabitur.

Offerto. Miserere michi dñe secundũ magnam miam tuã: dele dñe iniquitatẽ meã. V. Quoniã iniquitatem meã ego cognosco: et delictũ meũ contra me est semper.

Secreta. Sanctificationẽ tuã nobis domine his mysterijs placat⁹ operare: que nos et a terrenis purget vitijs: et ad celestia dona pducat. Per dominũ. Prefa. Qui corporali. Cõio. Narrabo oĩa mirabilia tua: letabor ⁊ exultabo in te psallam nomini tuo altiſſime. Poſtcõ.

Sit nobis dñe queſumus medicina mentis ⁊ corporis quod de ſancto altari tuo percepimus: vt nullis aduerſitatibus fatigemur: qui tanti remedij participatione munimur. Per dominum. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Propitiare domine ſupplicationibus noſtris/et animarum noſtrarum medere languoribus: vt remiſſione percepta ĩ tua ſemper benedictione letemur. Per dominũ. ¶ Feria iiij. poſt. Reminiſcere. Ad miſſam. Officium.

Ne derelinquas me domine deus meus: ne diſcedas a me: intende ĩ adiutorium meũ domine virtus ſalutis mee. Pſ. Dñe ne in furore tuo arguas me: neq̃ in ira tua corripias me. Oremꝰ. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Populum tuum queſumꝰ domine propitius reſpice: et quod ab eſcis carnalibus precipis abſtinere: a noxijs quoq̃ vicijs ceſſare concede. Per dominũ. Epiſtola. ¶ Lectio libri Heſter.

In diebus illis. Orauit Heſter ad dñm dicens. Dñe deꝰ rex oĩps: in ditione tua cũcta ſunt poſita: et nõ eſt qui tue poſſit reſiſtere voluntati. Si decreueris ſaluare nos: continuo liberabimur. Tu enim dñe feciſti celũ et terram: et quicq̃d celi ambitu cõtinetur. Dñs omnium tu es: nec eſt qui reſiſtat maieſtati tue. Et nũc dñe rex regũ: deus abrahã: miſerere populo tuo: quia volũt nos inimici noſtri perdere ⁊ hereditatẽ tuã delere. Ne deſpicias partẽ tuã quã redemiſti de egypto: ſed exaudi deprecationẽ noſtrã: et propicius eſto ſorti/⁊ funiculo hereditatis tue: ⁊ cõuerte luctũ noſtrũ in gaudium: vt viuentes laudemus nomẽ tuum. Et ne claudas ora canentiũ te: domine deus noſter. Gr. Saluũ fac populũ tuũ domine: et benedic hereditati tue. ℣. Ad te dñe clamabo deꝰ meꝰ ne ſileas a me: et ero ſimilis deſcẽdẽtibꝰ in lacum. Tractꝰ.

Pſal. xxvij

De neceſſitatibꝰ meis eripe me dñe: vide humilitatem meã et laborẽ meũ: et dimitte oĩa peccatã mea. ℣. Ad te dñe leuaui animã meã: deus meus in te confido nõ erubeſcã: neq̃ irrideãt me inimici mei. ℣. Etenĩ vniuerſi q̃ te expectãt nõ cõfundentur: cõfundantur oẽs faciẽtes vana. Sedm matheum.

xxiiij

In illo tẽpore. Aſcendens ieſus hieroſolymam aſſũpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto: et ait illis. Ecce aſcendimus hieroſolymam: et filius hominis tradetur principibus ſacerdotum ⁊ ſcribis: et cõdẽnabunt eum morte: et tradent eum gentibus ad illudendũ ⁊ flagellandũ et crucifigẽdũ: ⁊ tertia die reſurget. Tunc acceſſit ad eũ mater filiorũ zebedei cũ filijs ſuis adorans et petẽs aliq̃d ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeãt hi duo filij mei: vnꝰ

xx. C

ad dexterā tuā\ et vnus ad ſiniſtrā i regno tuo. Reſpondens aūt ieſus: dixit Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicē quē ego bibiturus ſum Dicunt ei. Poſſumus. Ait illis. Calicē quidē meū bibetis: ſedere aūt ad dexterā meā vel ad ſiniſtrā/ nō eſt meū dare vobis: ſȝ quibus paratū eſt a pr̄e meo. Et audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus. Jeſus autem vocauit eos ad ſe: et ait. Scitis q principes gentiū dominant eorū: et q maiores ſūt poteſtatē exercēt in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicūq voluerit inter vos maior fieri ſit veſter miniſter. Et qui voluerit inter vos primus eſſe erit veſter ſeruus. Sicut filius hoīs nō venit miniſtrari ſed miniſtrare: et dare aīam ſuā in redemptionē p multis. Offer.

Pſal. xxiiii. Ad te dn̄e leuaui aīam meā: deus meus i te confido non erubeſcā: neq irrideant me inimici mei etenim vniuerſi qui te expectant non confundentur. V. Dirige me i veritate tua et doce me quia tu es deus ſalutaris meus et te ſuſtinui tota die. Secr.

Hoſtias dn̄e quas tibi offerimus ꝓpitius reſpice: et p hec ſacroſctā cōmercia vincula pctōrū nr̄orū abſolue. Per do. Prefa.

ps. x. Qui corporali ieiunio. Cōio. Iuſtus dn̄s et iuſticias dilexit: equitatem vidit vultus eius. Poſtcōio.

Proſit nobis dn̄e q̄s myſterij frequētata ꝑceptio: vt a vetuſtatis conditione purgati\ ad tue nouitatis incrementa tendamus. Per Super populū. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Deus innocentie reſtitutor et amator/ dirige ad te tuorū corda ſeruorū: vt ſpūs tui feruore cōcepto: et i fide inueniātur ſtabiles\ et in opere efficaces. Per dn̄m. in vnitate eiuſdē. ¶ Feria .v. poſt. Reminiſcere Ad miſſam. Offiũ.

Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandū me feſtina: confundant et reuereantur inimici mei qui querunt animā meā. ps. Auertant et erubeſcāt qui volūt michi mala. Oremus. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Preſta nobis q̄s dn̄e auxilium gratie tue: vt ieiunijs et orationibus cōuenienter intēti\ liberemur ab hoſtibus mentis et corporis. Per. Lectio hieremie ꝓphete.

In diebus illis. Locutus eſt hieremias ꝓpheta dicēs. Maledictus homo q confidit in hoīe: et ponit carnē brachiū ſuū: et a dn̄o recedit cor eius. Erit enim quaſi myrice in deſerto: et nō videbit cū venerit bonū: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto\ in terra ſalſuginis et inhabitabili. Benedictus vir q confidit in dn̄o: et erit dn̄s fiducia eius. Et erit quaſi lignū qd tranſplātat ſuper aquas: qd ad humorē mittit radices ſuas\ et nō timebit cū venerit eſtus. Et erit foliū eius viride: et i tempore ſiccitatis non erit ſolicitum\ nec aliquando deſinet facere fructū. Prauum eſt cor hoīs et iſcrutabile quis cognoſcet illud? Ego dn̄s ſcrutans corda et probās renes: qui do vnicuiq; iuxta viā ſuā\et iuxta fructū adinuētionū ſuarū. Dicit dñs oīps. Gr. Propitius eſto domine peccatis noſtris nequando dicant gentes vbi eſt deus eorū. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter\⁊ ꝓpter honorē nominis tui dñe libera nos.

Euangeliū. Secundū iohannem.

IN illo tpe. Dixit ieſus turbis iudeorū. Nō poſſū ego a meipſo facere q̄cq̄: ſed ſicut audio iudico. Et iudiciū meū iuſtum eſt: q2 nō quero volūtatē meā\ſed voluntatē eius q̄ miſit me. Si ego teſtimoniū perhibeo de meipſo: teſtimoniū meū non eſt verū. Alius eſt q̄ teſtimoniū perhibet de me: ⁊ ſcio q2 verū eſt teſtimoniū eius qđ ꝑhibet de me. Vos miſiſtis ad iohannē: et teſtimoniū ꝑhibuit veritati. Ego autē nō ab hoīe teſtimoniū accipio: ſed hec dico vt vos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardēs ⁊ lucens: vos autē voluiſtis ad horā exultare in luce eius. Ego autē habeo teſtimonium maius iohanne. Opera enim q̄ dedit michi pater vt perficiā ea: ipſa opera que ego facio teſtimoniū perhibent de me quia pater me miſit. Et qui miſit me pater: ipſe teſtimonium perhibuit de me. Neq; vocē ei⁹ vnq̄ audiſtis: neq; ſpeciē eius vidiſtis. Et verbū ei⁹ nō habetis in vobis manēs: q2 quē miſit ille huic vos non creditis. Scrutamini ſcripturas q2 vos putatis ĩ ipſis vitam eternam habere: ⁊ ille ſunt q̄ teſtimoniū perhibēt de me. Et non vultis venire ad me vt vitam habeatis. Claritatē ab hoīb⁹ nō accipio: ſed cognoui vos q2 dilectionē dei nō habetis in vobis. Ego veni in nomine pr̄is mei: ⁊ nō accepiſtis me. Si alius venerit ĩ noīe ſuo: illum accipietis. Quomodo vos poteſtis credere q̄ gloriā ab iuicē accipitis et gloriā q̄ a ſolo deo eſt nō q̄ritis? Nolite ergo putare q2 ego accuſaturus ſum vos apud patrē: eſt qui accuſat vos moyſes ĩ quo vos ſperatis. Si enim crederitis moyſi: crederetis forſitan ⁊ michi: de me eñ ille ſcripſit. Si autem illius literis nō creditis: quomodo verbis meis credetis. Offr̄. Exo. xxxii Precatus eſt moyſes in cōſpectu dñi dei ſui ⁊ dixit: precat⁹ eſt moyſes in cōſpectu domini dei ſui et dixit: quare dñe iraſceris in populo tuo: parce ire aīe tue\memēto abraham yſaac ⁊ iacob: q̄bus iuraſti dare terrā fluentem lac et mel. et placatus factus eſt dñs de malignitate quam dixit facere populo ſuo. ℣. Dixit dñs ad moyſen\inueniſti gratiam in conſpectu meo et ſcio te pre oīb⁹\⁊ feſtinās moyſes inclinauit ſe in terrā et adorauit dicens\ſcio quia miſericors es in milibus auferens iniquitatem et peccata. Secreta.

DEus cui oīm ſacrificiorū varietate finita hoſtiā nūc offerimus ſingularē\adeſto votis tua inſpiratione cōceptis\vt in te ſperātium et deſideria iubeas perfici\et peccata deleri. Per dominū. Prefatio Qui corporali. Cōio Johā vi. F

Qui manducat meam carnem et

bibit meum in ſanguinē \ in me manet et ego in eo : dicit dñs. Poſtcõio.

Operatio tua nos dñe q̄s non derelinquat : q̄ ſacre nos deuotioni faciat ſeruituros : et tuā nobis opem ſemper acquirat largitatis : et ab omnib⁹ tueat aduerſis. Per dñm. Super populū. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Adeſto dñe famulis tuis : et perpetuā benignitatē largire poſcētibus : vt hi q̄ te auctore et gubernatore gloriant : et cōgregata reſtaures \ et reſtaurata conſerues. Per dñm. Feria .vi. poſt Reminiſcere. Ad miſſam. Offic.

[illegible] Ego autem cū iuſtitia apparebo in conſpectu tuo : ſatiabor dū manifeſtabitur gl'ia tua. ps. Exaudi dñe iuſtitiā meā : itende deprecationē meā. Flectamus genua. Leuate. Oro.

Da q̄s omīps deus : vt ſacro nos purificāte ieiunio : ſinceris mentib⁹ ad ſctā ventura facias peruenire. Per. Lctō libri geñ.

xxx vii. b In dieb⁹ illis. Dixit ioſeph fratribus ſuis. Audite ſomniū meū quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro : et quaſi cōſurgere manipulū meū et ſtare : veſtroſqꝫ manipulos circunſtātes \ adorare manipulū meū. Reſpōderunt fratres ei⁹. Nunqḋ rex noſter eris aut ſubijciemur ditioni tue? Hec ergo cauſa ſomniorū atqꝫ ſermonū inuidie et odij fomitē miniſtrauit. Aliud quoqꝫ vidit ſomniū : qḋ narrās fratribus ait. Vidi p ſomniū quaſi ſolē et lunā et ſtellas vndecim adorare me. Qḋ cū patri ſuo et fratrib⁹ retuliſſet : increpauit eū pater ſuus et dixit. Quid ſibi vult hoc ſomniū qḋ vidiſti. Nū ego et mater tua et fratres tui adorabim⁹ te ſuper terrā? Inuidebāt igit̄ ei fratres ſui : pater vero rē tacit⁹ cōſiderabat. Cūqꝫ fratres illi⁹ in paſcēdis gregibus pr̄is morarentur in ſichē : dixit ad eū iſrael. Fr̄es tui paſcūt oues in ſichimis : veni \ mittam te ad eos. Quo reſpondente preſto ſum : ait. Vade : et vide ſi cūcta pſpera ſint erga fratres tuos et pecora \ et renūcia michi quid agat. Miſſ⁹ de valle ebron : venit in ſichē. Inuenitqꝫ eū vir errātem in agro : et interrogauit eum quid quereret. At ille reſpondit. Fratres meos q̄ro : indica michi vbi paſcunt greges. Dixitqꝫ ei vir. Receſſerūt de loco iſto : audiui autē eos dicentes \ eamus i dothaim. Perrexit ergo ioſeph poſt fratres ſuos \ et inuenit eos in dothaim. Qui cū vidiſſent eū pcul \ anteqꝫ accederet ad eos : cogitauerunt illū occidere \ et mutuo loqbant. Ecce ſōniator venit \ venite occidam⁹ eū \ et mittamus in ciſternā veterē \ dicemuſqꝫ fera peſſima deuorauit eū. Et tunc apparebit qḋ illi pſint ſomnia ſua. Audiens autē hec ruben \ nitebat liberare eū de manib⁹ eorū \ et dicebat. Nō interficiam⁹ aīaz ei⁹ nec effūdam⁹ ſanguinē ſed piicite eū in ciſternam hanc q̄ eſt in ſolitudine \ manuſqꝫ vr̄as ſeruate innocēas. Hoc aūt dicebat volens eū eripace vt animib9 eoꝝ: ꝛ reddent ꝑx ei ſuo. Gꝛ. Ad dñm cũ tribularer clamaui: et exaudiuit me. ℣. Domine libera animã meã a labijs iniquis: et a lingua doloſa. Tc. Dñe nõ ſecundũ peccata noſtra. quere ſupra feria ſexta quatuoꝛ tempoꝛum. ¶ Secundum matheum.

In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis / ꝛ turbis iudeoꝛũ. Homo quidã erat paterfamilias: qui plantauit vineam ꝛ ſepem circũdedit ei. Et fodit in ea toꝛcular: ꝛ edificauit turrim: ꝛ locauit eam agricolis et peregre pꝛofectus eſt. Cum autē tempus fructuũ appꝛopinquaſſet: miſit ſeruos ſuos ad agricolas / vt acciperent fructus eius. Et agricole (appꝛehenſis ſeruis eius) aliũ ceciderunt / aliũ occiderunt / alium vero lapidauerunt. Iterũ miſit alios ſeruos plures pꝛioꝛib9: ꝛ fecerũt illis ſimiliter. Nouiſſime autē miſit ad eos filiũ ſuũ: dicens. Verebũtur foꝛte filiũ meũ. Agricole autē videntes filiũ: dixerũt intra ſe. Hic eſt heres / venite occidamus eũ: ꝛ habebim9 hereditatē eius. Et appꝛehenſum eum eiecerũt extra vineã: et occiderũt. Cũ ergo venerit dominus vinee: quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: ꝛ vineam ſuã locabit alijs agricolis qui reddãt ei fructũ tp̄ib9 ſuis. Dicit illis ieſus. Nunq̃ legiſtis ĩ ſcripturis / lapidē quē repꝛobauerunt edificãtes: hic factus eſt in caput anguli. A dño factũ eſt iſtud: et eſt mirabile ĩ oculis nr̃is? Ideo dico vobis: quia auferetur a vobis regnũ dei: ꝛ dabitur genti facienti fructꝰ eius. Et qui ceciderit ſup lapidem iſtũ: cõfringetur. Sup quē vero ceciderit: conteret eum. Et cũ audiſſent principes ſacerdotũ et phariſei parabolas ei9 cognouerũt q̃ de ipſis diceret. Et querentes eum tenere: timuerunt turbas. Quoniã ſicut pꝛophetã: eũ habebãt. Offer. Dñe in auxilium meum reſpice / cõfundantur et reuereantur qui querũt animam meam vt auferant eam. Pſal. xxxix. ℣. Auertantur retroꝛſũ ꝛ erubeſcãt qui cogitabãt michi mala. Secr.

Hec in nobis ſacrificia dñe deus / ꝛ actione pꝛmaneãt: ꝛ operatione firmentur. Per. Pꝛefa. Qui coꝛpoꝛali ieiu. Com. Tu dñe ſeruabis nos / ꝛ cuſtodies nos a generatiõe hac in eternũ. Pſal. xi. Poſtcõio.

Hac nos domine q̃ſum9 accepto pignoꝛe ſalutis eterne ſic tendere congruenter / vt ad eam peruenire poſſimus. Per dominum. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Da q̃ſum9 dñe ppl̄o tuo ſalutē mentis ꝛ coꝛpoꝛis: vt bonis operib9 inherẽdo / tue ſemꝑ virtutis mereatur pꝛotectiõe defendi. Per dñm. ¶ Sabbato poſt Reminiſcere. Ad miſſam. Offi.

Lex dñi irrepꝛehẽſibilis conuertens animas: teſtimonium dñi fidele ſapientiã pꝛeſtans paruulis. Pſal. xvii. Ps. Celi enarrãt gloꝛiam dei: ꝛ opa manuũ ei9 ãnũciat firmamētũ. Flectam9 genua Leuate. Oro

Da queſumꝰ dñe nr̄is effectum ieiunijs ſalutarē: vt caſtigatio carnis aſſumpta\ad noſtrarū vegetationē tranſeat aīarū. Per dñm. Lectio libri geneſis.

xxvij A

In diebꝰ illis Dixit rebecca filio ſuo iacob. Audiui patrem tuum loquentem cū eſau fratre tuo: et dicentē ei. Affer michi de venatiōe tua: et fac cibos vt comedā\et benedicā tibi corā dño anteꝗ̄ moriar. Nunc ergo fili mi acquieſce cōſilijs meis: et pgēs ad gregē affer michi duos hedos optimos: vt faciā ex eis eſcas pr̄i tuo quibꝰ libēter veſcitur. Quas cū intuleris et comederit: bñdicat tibi priuſꝗ̄ moriat. Cui ille reſpōdit. Noſti ꝗ eſau frater meus hō piloſus ſit: et ego lenis. Si attrectauerit me pater meus et ſenſerit: timeo ne putet ſibi me voluiſſe illudere: et inducat ſuper me maledictionē pro benedictiōe. Ad quem mater. In me ſit (ait) iſta maledictio fili mi: tantū audi vocē meā: et pergēs affer q̄ dixi. Abijt\et attulit: deditqꝫ matri. Parauit illa cibos ſicut nouerat velle patrē illiꝰ: et veſtibꝰ eſau valde bonis quas apud ſe habebat domi\induit eū. Pelliculaſqꝫ hedorū circūdedit manibꝰ: et colli nuda protexit. Deditqꝫ pulmentum: et panes quos coxerat tradidit. Quibus illatis\dixit. Pater mi. At ille reſpondit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitqꝫ iacob. Ego ſū eſau primogenitꝰ tuus: feci ſicut precepiſti michi. Surge: ſede et comede de venatione mea: vt bñdicat michi aīa tua. Rurſuſqꝫ iſaa ad filiū ſuū. Quomodo (inquit) t cito inuenire potuiſti fili mi? Qui reſpōdit. Voluntas dei fuit vt cito occurreret michi qđ volebam. Dixitqꝫ iſaac. Accede huc vt tangā te fili mi: et probē vtrū tu ſis filiꝰ meus eſau\an non. Acceſſit ille ad patrem: et palpato eo\dixit iſaac. Vox quidē\vox iacob eſt: ſed manꝰ manꝰ ſūt eſau. Et nō cognouit eū qꝛ piloſe manꝰ ſimilitudinē maioris expreſſerāt. Bñdicēs ergo illi ait. Tu es filiꝰ meꝰ eſau. Reſpōdit. Ego ſum. At ille. Affer mich (inquit) cibos de venatiōe tua fil mi: vt benedicat tibi anima mea. Quos cū oblatos comediſſet: obtulit ei etiam et vinū. Quo hauſto dixit ad eum. Accede ad me: et d michi oſculum fili mi. Acceſſit: e oſculatꝰ eſt eū. Statimqꝫ vt ſenſi veſtimentoꝝ illiꝰ fragrātiā\bñdicens illi ait. Ecce odor filij mei\ſicut odor agri pleni cui benedixi dñs. Det tibi deꝰ de rore celi et de pinguedine tre abūdātiā frumenti vini\et olei\et ſeruiant tibi ppli\e adorēt te tribus. Eſto dñs fratrū tuoꝝ\et incuruent ante te filij matr tue. Qui maledixerit tibi\ſit ille maledictꝰ/et qui bñdixerit tibi benedictionibꝰ repleat. Vix iſaac ſermonē impleuerat\et egreſſo iacob foras venit eſau: coctoſqꝫ de venatione cibos intulit pr̄i: dicēs. Surge pater mi\et comede de venatione filij tui: vt benedicat michi aī tua. Dixitqꝫ illi iſaac. Quis enim es tu? Qui rñdit. Ego ſū filiꝰ tu primogenit⁹ esau. Expauit isaac stupore vehementi: et vltra q̃ credi potest admirans\ait. Quis igitur ille est q̃ dudũ captã venationẽ attulit michi: et comedi ex oĩbus priusq̃ tu venires: Benedixiq; illi et erit benedict⁹. Auditis esau sermonibus patris\irrugiit clamore magno: et cõsternatus ait. Benedic etiã ꝛ michi pater mi. Qui ait Uenit germanus tu⁹ fraudulẽter: ꝛ accepit benedictionem tuã. At ille subiũxit. Iuste vocatũ est nomen ei⁹ iacob supplãtauit eñ me en altera vice. Primogenita mea antetulit: ꝛ nunc secundo surripuit benedictionẽ meã. Rursumq; ad patrẽ. Nũquid nõ reseruasti (ait) et michi benedictionẽ: Rñdit isaac. Dñm tuũ illũ constitui: et oẽs fratres tuos seruituti illius subiugaui. Frumento\et vino\et oleo stabiliui eũ: et tibi post hec fili mi vltra qd faciã: Cui esau. Num vnã (inq̃t) tm̃ bñdictionẽ habes pat. Michi quoq; obsecro vt bñdicas. Cũq; eiulatu magno fleret: motus isaac dixit ad eum. In pinguedine terre ꝛ in rore celi desup erit benedictio tua. Gr. Bonũ est confiteri domino\et psallere nomini tuo altissime. ℣. Ad annunciandũ mane miam tuã: ꝛ veritatẽ tuam per noctem. Euangeliũ. Secd'z lucã.

IN illo tp̃e. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidã\habuit duos filios: et dixit adolescentior ex illis patri. Pater\da michi portionẽ substãtie q̃ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies: cõgregatis oĩbus adolescentior filius peregre pfectus est in regionẽ longinquã\et ibi dissipauit substantiã suã viuẽdo luxuriose. Et postq̃ oĩa consummasset\facta est fames valida in regione illa: et ipse cepit egere. Et abijt\et adhesit vni ciuiũ regionis illi⁹: et misit illum in villam suã vt pasceret porcos. Et cupiebat iplere vẽtrem suum de siliquis quas porci manducabant: et nemo illi dabat. In se autẽ reuersus: dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo. Surgam ꝛ ibo ad patrẽ meũ: et dicã ei. Pater peccaui in celum et corã te: iam nõ sum dignus vocari filius tuus\fac me sicut vnum ex mercenarijs tuis. Et surgens: venit ad patrem suũ. Cũ autẽ adhuc longe esset: vidit illum pater ipsius\et mĩa motus est. Et accurrens cecidit sup collũ eius: ꝛ osculatus est eum. Dixitq; ei filius. Pater\peccaui in celũ et corã te: iam nõ sum dignus vocari filius tuus. Dixit aũt pater ad seruos suos. Cito proferte stolam primã\ꝛ induite illũ: ꝛ date anulũ in manũ eius: et calciamẽta in pedes eius. Et adducite vitulũ saginatũ: ꝛ occidite: ꝛ manducemus: et epulemur: q2 hic fili⁹ me⁹ mortuus erat ꝛ reuixit\perierat et inuentus est. Et ceperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. Et cum veniret ꝛ appropinquaret domui: audiuit symphoniam ꝛ choꝛū. Et vocauit vnū de ſeruis ꝛ interrogauit q̄ hec eēnt. Iſq; dixit illi. Frater tuus venit et occidit pater tu⁹ vitulū ſaginatū\ quia ſaluū illum recepit. Indignatus eſt autē: ꝛ nolebat introire. Pater ergo illi⁹ egreſſus cepit rogare illū. At ille reſpondens: dixit patri ſuo. Ecce tot annis ſeruio tibi: ꝛ nunq̄ mādatum tuum preteriui: ꝛ nunq̄ dediſti michi hedū vt cum amicis meis epularer. Sed poſtq̄ filius tuus hic q̄ deuorauit ſubſtantiam ſuā cū meretricib⁹ venit: occidiſti illi vitulū ſaginatum. At ipſe dixit illi. Fili/tu ſemꝑ mecū es: et oīa mea tua ſūt. Epulari autem ꝛ gaudere opoꝛtebat: q2 frater tu⁹ hic moꝛtuus fuerat\ et reuixit. Perierat: et inuentus eſt. Offer. Illumina oculos meos\ ne vnq̄ obdoꝛmiā ī moꝛte: neq̄n dicat inimicus meus preualui aduerſus eum. V. Uſq̄quo domine obliuiſceris me ī finē q̄diu ponā cōſilia in aīa mea. Secreta.

ps. xii.

HIs ſacrificijs dn̄e concede placat⁹ vt q̄ ꝓprijs oꝛam⁹ abſolui delictis: penis non grauemur eternis. Per. Pꝛefa. Qui coꝛpoꝛali ieiunio. Cōio. Opoꝛtet te fili gaudere quia frater tuus moꝛtuus fuerat\ et reuixit: perierat\ et inuentus eſt. Poſtcōmunio.

Luce xv. G

SAcramenti tui domine diuina libatio penetralia noſtri coꝛdis infundat: et ſui nos participes potenter efficiat. Per. Super populū. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

F amiliā tuā queſumus dn̄
cōtinua pietate cuſtodi: v
que in ſola ſpe gratie celeſtis in
nititur\ celeſti etiam ꝓtectione mu
niatur. Per. Dn̄ica tercia qua
drageſime. Ad miſſam. Officiū.

OCuli mei ſemper ad dn̄
quia ipſe euellet de laque
pedes meos: reſpice ī me
et miſerere mei: quoniā vnicus
pauper ſū ego. Ps. Ad te dn̄e leu
ui animam meam: deus meus
te confido non erubeſcam. Or

QUeſum⁹ oīs de⁹ vota hu
militū reſpice: atq; ad defe
ſionē noſtrā dexterā tue maieſta
tis extēde. Per dn̄z. Ad epheſio

FRatres. Eſtote imitatoꝛ
dei ſicut filii chariſſimi
ambulate in dilectiōe: ſicut et ch
ſtus dilexit nos: et tradidit ſem
ipſum pꝛo nobis oblationem ꝛ h
ſtiā deo in odoꝛē ſuauitatis. Foꝛ
catio autē ꝛ oīs immūdicia\ aut a
ricia: nec noīetur ī vobis\ ſicut
cet ſctōs. Aut turpitudo\ aut ſtul
loquiū\ aut ſcurrilitas que ad
non pertinet: ſed magis gratia
actio. Hoc autem ſcitote intellig
tes: q2 omnis foꝛnicatoꝛ\ aut im
dus\ aut auarus quod eſt idolo
ſeruitus: non habet hereditatē
regno chꝛiſti et dei. Nemo vos
ducat inanib⁹ verbis\ ꝓpter h
enim venit ira dei: in filios diff
tie. Nolite ergo effici: particip
eoꝝ. Eratis enī aliquādo teneb
nunc autē lux in dn̄o: vt filij luc
ambulate. Fructus enī lucis e
oīū bonitate ꝛ iuſticia: ꝛ veritat

Grad. Exurge dñe non preualeat homo: iudicentur gentes in conſpectu tuo. ℣. In conuertendo inimicū meū retrorſum: infirmabunt̄ ⁊ perient a facie tua. Tractus.

AD te leuaui oculos meos/ qui habitas in celis. ℣. Ecce ſicut oculi ſeruoꝝ: in manibus dominoꝝ ſuorum. ℣. Et ſicut oculi ancille in manibus dñe ſue. ℣. Ita oculi noſtri ad dñm deum noſtrum: donec miſereatur noſtri. ℣. Miſerere nobis domine miſerere nobis. Euangel. ſcḋm lucam.

IN illo tēpore. Erat ieſꝰ eijciens demoniū et illud erat mutū. Et cū eieciſſet demoniū/ locutꝰ eſt mutꝰ: et admirate ſūt turbe. Quidā aūt ex eis/ dixerūt. In beelzebub principe demonioꝝ: eijcit demonia. Et alij tentātes: ſignū de celo q̄rebāt ab eo. Ipſe autē vt vidit cogitationes eoꝝ: dixit eis. Omne regnū ī ſeipſum diuiſū deſolabitur: et domꝰ ſupra domū cadet. Si autem et ſathanas in ſeipſum diuiſus eſt: quomodo ſtabit regnū ipſiꝰ/ q2 dicitis ī beelzebub eijcere demonia. Si autē ego in beelzebub eijcio demonia: filij vr̄i in quo eijciūt. Ideo ⁊ ipſi iudices veſtri erūt. Porro ſi in digito dei eijcio demonia: ꝑfecto ꝑuenit in vos regnū dei. Cū fortis armatꝰ cuſtodit atriū ſuū: in pace ſūt ea q̄ poſſidet. Si aūt fortior illo ſuperueniēs vicerit eū: vniuerſa arma eiꝰ auferet in q̄bꝰ cōfidebat/ et ſpolia eius diſtribuet. Qui non eſt mecū cōtra me eſt: ⁊ nō q̄ colligit mecū/ diſpergit. Cum immundus ſpiritus exierit ab homine: ambulat per loca inaquoſa querens requiē/ ⁊ nō inueniens dicit. Reuertar in domū meā: vnde exiui. Et cum venerit: inuenit eam ſcopis mundatam. Tunc vadit/ ⁊ aſſumit ſeptē alios ſpiritus ſecum nequiores ſe: et ingreſſi habitāt ibi. Et fiūt nouiſſima hominis illius: peiora prioribus. Factum eſt autem cum hec diceret: extollens vocem quedā mulier de turba dixit illi. Beatus venter qui te portauit/ ⁊ vbera que ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo beati qui audiunt verbum dei: et cuſtodiunt illud. Offertoriū. Iuſtitie domini recte letificātes corda/ ⁊ dulciora ſuper mel et fauum/ nam et ſeruus tuus cuſtodit ea. Secret. Pſal. xviii.

SUſcipe queſumus domine deuotoꝝ munera famulorum: et tua pietate diuinis purifica ſeruientes myſterijs/ quibꝰ etiā iuſtificas ignorantes. Per dñm.

Prefatio quotidia. Cōio. Paſſer inuenit ſibi domum/ et turtur nidū vbi reponat pullos ſuos: altaria tua dñe virtutum/ rex meus et deꝰ meꝰ: beati q̄ habitāt ī domo tua in ſeculū ſeculi laudabūt te. Poſtcōio. Pſal. lxxxi.

A Cunctis nos dñe reatibꝰ et periculis propiciatꝰ abſolue/ quos tanti myſterij tribuis eſſe participes. Per do. ¶ Fer. iij. poſt Oculi. Ad miſſam. Officiū.

IN deo laudabo verbum in domino laudabo ſermonē/ in deo ſperaui/ nō timebo quid faciat mi- p̄. xlv

mihi homo. Pſal. Miſerere mei deus
quoniā conculcauit me homo: tota
die impugnans tribulauit me. [illegible]
[illegible] Oratio.
Cordibus noſtris quesumus
dñe gratiā tuam benign⁹
infunde: vt ſicut ab eſcis corpora-
libus abſtinemus, ita ſenſus quo-
q3 noſtros a noxijs retrahamus ex-
ceſſibus. Per. Lectio libri regum.
iiij. v.
a
In diebus illis. Naamā prin-
ceps militie regis ſyrie: erat
vir magnus apud dñm ſuū, & ho-
noratus. Per illum enī dedit dñs
ſalutē ſyrie. Erat autē vir fortis
et diues, ſed leproſus. Porro de
ſyria egreſſi fuerant latrunculi, &
captiuam duxerāt de terra iſrael
puellā paruulā, q̄ erat ī obſequio
vxoris naamā. Que ait ad domi-
nā ſuā. Vtinā fuiſſet dñs me⁹ ad
ꝓphetā q̄ eſt in ſamaria, profecto
curaſſet eum a lepra quam habet.
Ingreſſus eſt itaq3 Naaman ad
dñm ſuū, et nūciauit ei dicēs. Sic
et ſic locuta eſt puella de terra iſ-
rael. Dixitq3 ei rex ſyrie. Vade: et
mittā literas ad regē iſrael. Qui
cū profectus eſſet: & tuliſſet ſecum
decē talēta argēti, et ſex milia au-
reos, et decem mutatoria veſtimē-
torum: detulit literas ad regē iſ-
rael in hec verba. Cum acceperis
epiſtolā hāc ſcito q̄ miſerim ad te
naamā ſeruū meū: vt cures eū a le-
pra ſua. Cumq3 legiſſet rex iſrael li-
teras: ſcidit veſtimenta ſua, & ait.
Nunquid deus ego ſum vt occide-
re poſſim et viuificare: q2 iſte mi-
ſit ad me vt curem hominem a lepra
ſua? Animaduertite & videte: quo
occaſionem querat aduerſum me
Quod cū audiſſet heliſeus vir d
ſcidiſſe videlicet regē iſrael veſti
menta ſua: miſit ad eū dicēs. Cur
ſcidiſti veſtimenta tua? Veniat ad
me: & ſciat eſſe prophetā in iſrael
Venit ergo naaman cū eq̄s & cur-
ribus: & ſtetit ad oſtiū domus heli-
ſei. Miſitq3 ad eū heliſeus nūciū
dicens. Vade: et lauare ſepties in
iordane: & recipiet ſanitatem car
tua, atq3 mundaberis. Iratuſq
naaman recedebat: dicens. Puta
bā q̄ egrederet ad me: & ſtans in-
uocaret nomen dñi dei ſui, & tāge
ret manu ſua locum lepre, & cura
ret me. Nunq̄d nō meliores ſunt
abana et pharphar fluuij dam
ſci omib⁹ aq̄s iſrael: vt lauer in ei
et munder? Cū ergo vertiſſet ſe
abiret indignās: acceſſerunt ad e
ſerui ſui, et locuti ſunt ei. Pater,
ſi rem grandē dixiſſet tibi ꝓph
ta, certe facere debueras. Quan
magis, q2 nunc dixit tibi: laua
et mundaberis? Deſcendit et lau
in iordane ſepties, iuxta ſermon
viri dei: et reſtituta eſt caro ei
ſicut caro pueri paruuli: et mūd
tus eſt a lepra. Reuerſuſq3 ad vir
dei cū vniuerſo comitatu ſuo: v
nit et ſtetit corā eo, & ait. Vere ſc
q̄ nō ſit al⁹ deus ī vniuerſa te
ra, niſi tantū dñs de⁹ iſrael. Gr
Deus vitā meam nunciaui tib
poſuiſti lachrymas meas in co
ſpectu tuo. V. Miſerere mihi dñ
quoniā conculcauit me homo: to
die bellās tribulauit me. Tract.

[illegible] non secundum. Queſo [illegible] feria iiii. quatuor tempo[illegible] Secundum lucam.

In illo tempore. Dixerunt phariſei ad ieſum. Quanta audiuimus facta ī capharnaū fac et hic ī patria tua. Ait autē. Amē dico vobis: q2 nemo ꝑpheta accept⁹ eſt in patria ſua. In veritate dico vobis: multe vidue erant ī diebus helie in iſrael: qn̄ clauſum eſt celū annis trib⁹ / et mēſib⁹ ſex: cū facta eſſet fames magna ī omni terra: et ad nullam illarū miſſus eſt helias / niſi in ſareptam ſidonie ad mulierē viduā. Et multi leproſi erant in iſrael ſub heliſeo ꝑpheta: et nemo eoꝝ mūdat⁹ eſt / niſi naamā ſyrus. Et repleti ſunt oēs in ſynagoga ira: hec audientes. Et ſurrexerūt et eiecerūt illū extra ciuitatē. Et duxerūt illum vſq; ad ſupercilium mōtis ſup quē ciuitas illoꝝ erat edificata / vt ꝑcipitarēt eū. Ipſe autē tranſiens: ꝑ medium illoꝝ ibat. Offer. Exaudi deus orationem meā et ne deſpexeris deprecationem meam: intende in me et exaudi me. Conturbatus ſum a voce inimici et a tribulatione peccatoris: et expectabā eū qui me ſaluū faceret. Secr.

Munus quod tibi domine noſtre ſeruitutis offerimus tu ſalutare nobis perfice ſacramentū. Per. Prefa. Qui corporali ie. Co. Quis dabit ex ſyon ſalutare iſrael: cum auerterit dominus captiuitatem plebis ſue / exultabit iacob et letabitur iſrael. Poſtcom.

Preſta queſumus omnipotēs et miſericors deus: vt que ore contingimus pura mēte capiamus. Per do. Sup populū. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Subueniat nobis queſumus dñe miſa tua: vt ab imminentib⁹ peccatoꝝ noſtroꝝ periculis te mereamur ꝑtegente eripi: te liberāte ſaluari. Per do. Feria iii. poſt Oculi. Ad miſſam. Officiū.

Ego clamaui quoniam exaudiſti me deus / inclina aurem tuam et exaudi verba mea: cuſtodi me domine vt pupillam oculi / ſub vmbra alarum tuarum ꝑtege me. Ps. Exaudi domine iuſticiam meam: intende depꝛecationem meā. Flectamus genua. Leuate. Oratio. Ps. xvi

Exaudi nos omnipotēs et miſericors deus: et continētie ſalutaris ꝑpitius nobis dona cōcede. Per do. Lectio libri regum.

In diebus illis. Mulier quedā clamabat ad heliſeū ꝑphetā / dicēs. Seruus tu⁹ vir me⁹ moꝛtu⁹ eſt: et tu noſti: quia ſeru⁹ tuus fuit timens deū. Et ecce creditoꝛ venit / vt tollat duos filios meos: ad ſeruiendū ſibi. Cui dixit heliſe⁹. Quid vis vt faciam tibi? Dic michi: quid habes in domo tua? At illa reſpōdit. Non habeo ancilla tua quicq̄ ī domo mea niſi parum olei quo vngar. Cui ait. Vade et pete mutuo ab omnibus vicinis tuis / vaſa vacua non pauca: et ingredere domū tuā: et claude oſtium cū intrinſecus fueris / tu et iiii. iiii. R.

filij tui. Et mitte inde in oĩa vaſa hec: et cũ plena fuerit tolles. Iuit itaq; mulier: ⁊ clauſit oſtiũ ſup ſe ⁊ ſup filios ſuos. Illi offerebãt vaſa: ⁊ illa infundebat. Cũq; plena fuiſſent vaſa: dixit ad filiũ ſuũ. Affer mihi adhuc vas. Et ille reſpõdit. Nõ habeo. Stetitq; oleũ. Venit aũt illa: ⁊ indicauit hoĩ dei. Et ille. Vade inquit vende oleũ: et redde creditori tuo. Tu aũt ⁊ filij tui: viuite de reliquo. Gr. Ab occultis meis mũda me dñe: et ab alienis parce ſeruo tuo. V. Si mei nõ fuerit dñati tunc immaculat⁹ ero: ⁊ emundabor a delicto maximo. Sequẽtia ſcti euãgelij ſecũdũ Mathe.

Pſal. xviii.

xviii. B

In illo tpe. Reſpiciẽs ieſus in diſcipulos ſuos: dixit ſimoni petro. Si peccauerit ĩ te frater tuus: vade\ et corripe eum inter te ⁊ ipſum ſolũ. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. Si autẽ te non audierit\ adhibe tecũ adhuc vnum vel duos: vt in ore duorum vel triũ teſtiũ ſtet omne verbum. Quod ſi non audierit eos: dic eccleſie. Si autẽ eccleſiam nõ audierit: ſit tibi ſicut ethnic⁹ et publican⁹. Amẽ dico vobis: quecũq; alligaueritis ſuper terrã\ erunt ligata et in celo. Et quecunq; ſolueritis ſuper terrã: erunt ſoluta et in celo. Iterum dico vobis quia ſi duo ex vobis conſenſerint ſup terrã de omni re quãcunq; petierint\ fiet illis a patre meo q̃ in celis eſt. Vbi enĩ ſunt duo vel tres congregati in noĩe meo: ibi ſum ĩ medio eorũ. Tunc accedẽs petrus ad eũ: dixit. Dñe quoties peccabit in me frater meus\ ⁊ dimittam ei? uſq; ſepties? Dicit illi ieſus. Nõ dico tibi vſq; ſepties: ſed vſq; ſeptuagies ſepties. Offer. Dextera dñi fecit virtutẽ: dextera dñi exaltauit me: nõ moriar ſed viuã ⁊ narrabo opera dñi. V. In tribulatione inuocaui dominum/ et exaudiuit me in latitudine: quoniam dominus adiutor meus. Secretum.

Per hec veniat q̄ſumus dñe ſacramẽta nr̄e redẽptiõis effect⁹: q̄ nos ⁊ ab humanis retrahat ſemp exceſſib⁹\ ⁊ ad ſalutaria cũcta perducat. Per. Pref. Qui corporali ie. Cõio. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in mõte ſctõ tuo? qui ingreditur ſine macula: ⁊ operatur iuſtitiam. Poſtcõmunio.

Sacris dñe myſterijs expiati\ ⁊ veniã q̄ſumus conſequamur et gratiam. Per dominum. Super populum. Humiliate capita veſtra deo. Oratio.

Tua nos dñe protectione defende: ⁊ ab omni ſemp iniquitate cuſtodi. Per dñm. Feria. iiii. poſt Oculi. Ad miſſam. Officium.

Ego autem in dño ſperaui: exultabo et letabor in tua miſericordia: q2 reſpexiſti humilitatẽ meam. Ps. In te dñe ſperaui nõ confundar in eternũ: ĩ iuſticia tua libera me. Flectam⁹ genua. Leuate. Oratio.

Preſta nobis q̄ſ dñe vt ſalutaribus ieiunijs eruditi: a noxijs quoq; vitijs abſtinentes propitiationẽ tuã facili⁹ impetrenum. Per dñm. Lectio libri exodi.

Ex. Hec dixit dñs deus. Honora patrē tuū ⁊ matrē tuam: vt sis longeuus super terrā: quā dñs deus tuus dabit tibi. Nō occides: nō mechaberis\non furtū facies: nō loqueris cōtra ꝓximū tuū falsum testimonium. Nō cōcupisces domū ꝓximi tui: nec desiderabis vxorē eius\nō seruū\non ancillā: non bouem\nō asinū\nec oia que illius sunt. Cūctus autem populus videbat voces\et lāpades\et sonitū buccine\mōtemꝙ fumigātem. Et perterriti ac pauore perculsi: steterūt procul dicētes moysi. Loquere tu nobis: et audiemꝰ. Nō loquatur nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyses ad populū. Nolite timere. Vt enī ꝓbaret vos venit deus: et vt terror illius esset in vobis\et non peccaretis. Stetitꝙ populus de longe\moyses autē accessit ad caliginem in qua erat deꝰ. Dixitꝙ preterea dominus ad moysen. Hec dices filiis israel. Vos vidistis q̄ de celo locutus sum vobis. Non facietis deos argēteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis michi: ⁊ offeretis sup eo holocausta ⁊ pacifica vestra\oues vestras ⁊ boues. In omni loco i quo memoria fuerit nominis mei. Gr. Miserere michi domine: quoniam infirmus sum\sana me dñe. V. Cōturbata sunt omnia ossa mea: et anima mea turbata est valde. Tr. De necessitatibus eripe me. vt̄ā. Euange. Secundum matheum.

In illo tpe. Accesserūt ad iesum ab hierosolymis scribe ⁊ pharisei: dicētes. Quare discipuli tui trāsgrediunt traditionē seniorū. Nō enī lauant manꝰ suas cū panē māducāt. Ipse aūt respōdens: ait illis. Quare et vos trāsgredimini mādatū dei ꝓpter traditionē vestram. Nam deꝰ dixit. honora patrē ⁊ matrē: ⁊ qui male dixerit patri vel matri\morte moriatur. Vos autē dicitis: quicūꝙ dixerit patri vel matri munus qd cūꝙ est ex me\tibi ꝓderit: et nō honorificabit patrē suum\et matrē suā. Et irritū fecistis mādatū dei: propter traditionem vestram. Hypocrite\bene: ꝓphetauit de vobis esaias dicens. Populus hic labiis me honorat cor autē eorū longe est a me. Sine causa autē colunt me: docentes doctrinas ⁊ mādata hominū. Et cōuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite ⁊ intelligite. Nō qd intrat in os coinquinat hoiem: sed quod ꝓcedit ex ore\hoc coinquinat hoiem. Tūc accedentes discipuli eius: dixerūt ei. Scis qr pharisei audito verbo hoc scandalizati sunt. At ille respōdēs\ait. Omnis plantatio quam non plātauit pater meꝰ celestis: eradicabitur. Sinite illos: ceci sunt\et duces cecorum. Cecus autē si ceco ducatum prestet: ambo in foueam cadunt. Respondēs autē petrus: dixit ei. Edissere nobis: parabolam istā. At ille dixit. Adhuc et vos sine intellectu estis. Nō intelligitis quia omne qd in os intrat in ventrem xv. A

vadit\et ſeceſſu emittitur? Que au-
tem procedunt de ore\de corde exeunt:
et ea coinquinant hoiem. De corde
enim exeunt cogitationes male: ho-
micidia\adulteria\fornicationes\
furta\falſa teſtimonia\blaſphemie.
Hec ſunt que coinquinant hominem.
Non lotis autem manibus mandu-
care: nõ coinquinat hoiem. Offer.
Pſal. cviii. Dñe fac mecũ ſcdm miam tuã ꝓ-
pter nomen tuũ: qꝛ ſuauis eſt mia
tua. Ps. Deꝰ laudẽ meã ne tacueris
quia os peccatoris: et os doloſi ſup
me apertum eſt. Secreta.

Suſcipe queſumus dñe pre-
ces populi tui cum oblatio-
nibus hoſtiarũ: et tua myſteria ce-
lebrantes\ab oībus nos defende
periculis. Per dñz. Prefatio. Qui
P. xv. corporali ieiunio. Cõio. Notas michi
feciſti vias vite: adimplebis me le-
ticia cũ vultu tuo dñe. Poſtcõio.

Sanctificet nos qs dñe qua
paſti ſumus mẽſa celeſtis:
et a cunctis erroribꝰ expiatos\ſu-
pernis ꝓmiſſionibꝰ reddat acceptos.
Per dñm. Super populũ. Humi-
liate capita veſtra deo. Oratio.

Concede qs oīps deꝰ: vt qui
protectionis tue grãm quęri-
muſ: liberati a malis oībus ſecura
tibi mẽte ſeruiamꝰ. Per. ¶ Fe. v.
poſt Oculi. Ad miſſam. Officiũ.

Eccle-ſia. Salus ppli ego ſũ\di-
cit dñs: de quacunqꝫ tri-
bulatione clamauerĩt
ad me exaudiam eos:
et ero illoꝝ dñs in ppe-
P. lxx-vii. tuum. Ps. Attendite pple meꝰ legem
meam inclinate aurẽ veſtrã ĩ verba

oꝛis mei. [illegible] Oꝛ

Concede qs oīps deꝰ: vt ie-
iuniorũ nobis ſancta deuo-
tio: ꝑ purificationẽ tribuat et ma-
ieſtati tue nos reddat acceptos.
Per d. Lectio hieremie prophete.

In diebus illis. Factꝰ eſt ſe
rmo dñi ad me dicens. Sta
in porta domus dñi: et predica ibi
verbũ illud: et dic. Audite verbum
domini oīs iuda: qui ingredimini
per portas has vt adoretis dñm.
Hec dicit dñs exercituum: deus iſ
rael. Bonas facite vias veſtras et
ſtudia veſtra: et habitabo vobiſcũ
in loco iſto. Nolite confidere ĩ ver-
bis mendacij dicentes: tẽplum dñi\
templũ dñi\templũ dñi eſt. Quo
ſi benedixeritis vias veſtras et ſtu
dia veſtra: ſi feceritis iudicium in
ter virum et proximũ eiꝰ: aduene
et pupillo et vidue non feceritis ca
lumniam: nec ſanguinẽ innocẽtem
effuderitis ĩ loco hoc: et poſt deos
alienos nõ ambulaueritis in ma-
lum vobiſmetipſis: habitabo vo
biſcũ in loco iſto: in terra quam de
di patribus veſtris a ſeculo et vſqꝫ ĩ ſe
culũ. Dicit dñs oīps. Gř. Ocul
omniũ in te ſperant dñe\et tu das
illis eſcã in tempoꝛe opoꝛtuno. V.
Aperis tu manũ tuam\et imple
omne animal benedictione.
Euangeliũ ſecundũ Johannem.

In illo tempoꝛe. Dicebat tu
rbis iudeoꝝ. Operamini
cibũ qui perit: ſed q permanet in
vitam eternã quẽ filiꝰ hoīs dabit
vobis. Hunc enim pater ſignauit
deus. Dixerunt ergo ad eũ. Quid

faciemus vt operemur opera dei? Reſpondit ieſus: et dixit eis. Hoc eſt opus dei: vt credatis in eũ quẽ miſit ille. Dixerũt ergo ei. Quod ergo tu facis ſignũ: vt videamus et credamus tibi? Quid operaris? Patres noſtri manducauerũt mãna in deſerto: ſicut ſcriptum eſt. Panem de celo dedit eis manducare. Dixit ergo eis ieſus. Amen amen dico vobis\ non moyſes dedit vobis panem de celo: ſed pater meus dat vobis panem de celo verum. Panis enĩ dei eſt q̃ deſcendit de celo: et dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eũ. Dñe\ ſemꝑ da nobis hunc panem. Dixit autẽ eis ieſus. Ego ſum panis vite. Qui venit ad me non eſuriet: et qui credit in me\ nõ ſitiet vnq̃. Offr̃. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me dñe: et ſuper iram inimicoꝝ meoꝝ extendens manũ tuã\ et ſaluũ me fecit dextera tua. ℣. In quacunq; die inuocauero te exaudi me dñe: multiplicabis in anima mea virtutem. Secreta.

Hac nos domine q̃ſum⁹ ad ſãcta myſteria purificatis mẽtibus accedere: vt tibi ſemper competens: deferamus obſequiũ. Per. Prefatio. Qui corporali ie. Cõio. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis: vtinam dirigantur vie mee ad cuſtodiẽdas iuſtificationes tuas. Poſtcõmunio.

Sacramẽti tui dñe venerãda perceptio: et myſtico nos mundet effectu\ et perpetua virtute defendat. Per. Super populum. Humilitate capita vr̃a deo. Oro.

Subiectũ tibi populum q̃s dñe propitiatio celeſtis amplificet: et tuis ſemper faciat ſeruire mandatis. Per. ¶ Feria vi. poſt Oculi. Ad miſſam. Officiũ.

Pſal. lxxxv

Fac mecũ dñe ſignum in bonum: vt videant qui me oderũt\ et cõfundantur: qm̃ tu dñe adiuuiſti me et conſolatus es me. Ps. Inclina dñe aurẽ tuã et exaudi me: qm̃ inops et pauper ſum ego. Oratio.

Ieiunia noſtra queſum⁹ domine benigno fauore proſequere: vt ſicut ab alimentis abſtinemus in corpore\ ita a vitijs ieiunemus in mente. Per dominũ noſtrum. Lectio libri Numeri.

xx. A.

In dieb⁹ illis. Cõuenerunt filij iſrael aduerſum moyſen et aaron: et verſi in ſeditionẽ\ dixerunt. Date nobis aquam: vt bibamus. Ingreſſiq; moyſes et aaron (dimiſſa multitudine) ante tabernaculum federis corruerunt proni i terram: clamaueruntq; ad dñm\ atq; dixerũt. Dñe deus\ exaudi clamorem populi huius: et aperi eis theſaurũ tuum\ fontem aque viue: vt ſatiati ceſſet murmuratio eorum. Et apparuit gloria dñi ſuper eos: locutuſq; eſt dñs ad moyſen/ dicens. Tolle virgam et cõgrega populum tu et aaron frater tuus: et loquimini ad petrã corã eis\ et illa dabit aquas. Cumq; eduxeris aquã de petra: bibet omnis multitudo\ et iumenta eius. Tulit igitur moyſes virgã q̃ erat in conſpectu dñi: ſicut preceperat ei: congregata omni multitudine ante petrã. Dixitq; eis. Audite rebelles et increduli. Num de petra hac vobis aquã poterimus eiicere? Cumq; eleuaſſet manũ/percutiens virga bis ſilicẽ/egreſſe ſunt aque largiſſime ita vt ppls biberet/ꝛ iumẽta. Dixitq; dominꝰ ad moyſen et aaron. Qꝛ non credidiſtis michi vt ſctificaretis me corã filijs iſrael: non introducetis hos ppłos ĩ terram quã dabo eis. Hec eſt aqua cõtradictiõis: vbi iurgati ſunt filij iſrl cõtra dñm: ꝛ ſctificatus eſt in eis. Gr. In deo ſperauit cor meum ꝛ adiutꝰ ſum: et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor illi. V. Ad te domine clamabo: deus meus ne ſileas ne diſcedas a me. Tractus. Pſal. xxvii

p. xii. Domine nõ ſcd̃m pctã nr̃a que fecimꝰ nos: neq; ſecũdũ iniquitates nr̃as retribuas nobis. V. Dñe ne memineris iniquitatũ noſtrarum antiquarum: cito anticipent nos miſericordie tue: quia pauperes facti ſumus nimis. p. lxxviii.

Hic non fiat genufluxio cũ dr̃. V. Adiuua nos deus ſalutaris noſter et propter gloriã nominis tui domine libera nos/et propitius eſto peccatis noſtris propter nomen tuum. Secundum iohannem.

iiii. A In illo tempore. Venit ieſus ĩ ciuitatem ſamarie que dicitur ſichar: iuxta predium quod dedit Iacob ioſeph filio ſuo. Erat autẽ ibi fons iacob. Ieſus ergo fatigatus ex itinere: ſedebat ſic ſupra fontem. Hora autem erat quaſi ſexta. Venit mulier de ſamaria/haurire aquam. Dixit ei ieſus. Da michi bibere. Diſcipuli enim eius abierũt in ciuitatem: vt cibos emerent. Dixit ergo ei mulier illa ſamaritana. Quomodo tu iudeus cum ſis: bibere a me poſcis/que ſum mulier ſamaritana. Non enĩ coutunt iudei ſamaritanis. Reſpondit ieſus: ꝛ dixit ei. Si ſcires donũ dei/et quis eſt qui dicit tibi da michi bibere: tu forſitan petiſſes ab eo/et dediſſet tibi aquã viuã. Dixit ei mulier. Domine/neq; ĩ quo haurias habes: et puteus altꝰ eſt. Unde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nr̃o iacob: q̃ dedit nobis puteũ/et ipſe ex eo bibit/et filij eius/et pecora eius? Reſpondit ieſus: et dixit ei. Omnis qui bibit ex aqua hac: ſitiet iterum. Qui autẽ biberit ex aqua quã ego dabo ei: non ſitiet in eternum. Sed aqua quã ego dabo ei: fiet in eo fons aque ſalientis ĩ vitam eternã. Dixit ad eũ mulier. Domine: da michi hanc aquam: vt non ſitiã neq; veniam huc haurire. Dixit ei ieſus. Vade/voca virum tuum et veni huc. Reſpondit ei mulier: et dixit. Non habeo virum. Dixit ei ieſus. Bene dixiſti quia non habeo virũ. Quinq; enĩ viros habuiſti: et nunc quem habes/non eſt tuus vir. Hoc vere dixiſti. Dixit ei mulier. Domine: video quia propheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt.

et vos dicitis quia hieroſolymis eſt locus vbi adoꝛare opoꝛtet. Dixit ei ieſꝰ. Mulier\ crede michi qꝛ veniet hoꝛa quando neqꝫ in monte hoc neqꝫ in hieroſolymis adoꝛabitis patrem. Vos adoꝛatis quod neſcitis\ nos adoꝛamꝰ quod ſcimꝰ quia ſalꝰ ex iudeis eſt. Sed venit hoꝛa et nunc eſt: quando veri adoratoꝛes adoꝛabunt patrem: in ſpiritu et veritate. Nam et pater tales querit: qui adoꝛent eum. Spiritus eſt deus: et eos qui adoꝛant eum\ in ſpiritu ⁊ veritate opoꝛtet adoꝛare. Dixit ei mulier. Scio qꝛ meſſias venit: qui dicitur chꝛiſtꝰ. Cum ergo venerit: ille nobis annunciabit omnia. Dixit ei ieſus. Ego ſum qui loquoꝛ tecum. Et cōtinuo venerūt diſcipuli eiꝰ: et mirabātur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit ei: quid queris aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydꝛiam ſuam mulier: et abijt in ciuitatē\ et dixit illis hominibus. Venite et videte hominem qui dixit michi omnia quecūqꝫ feci. Nūquid ipſe eſt chꝛiſtus. Exierunt ergo de ciuitate: et veniebant ad eum. Interea rogabant eum diſcipuli dicentes. Rabbi māduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo māducare quē vos neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli adinuicem. Nūquid aliquis attulit ei manducare. Dixit eis ieſus. Meus cibus eſt\ vt faciam voluntatem eius qui miſit me: vt ꝑficiam opus eius. Nonne vos dicitis\ qꝛ adhuc quattuoꝛ menſes ſunt: et meſſis venit. Ecce dico vobis: leuate oculos veſtros\ ⁊ videte regiones\ quia albe ſunt iam ad meſſem. Et qui metit\ mercedē accipit: et congregat fructum in vitam eternam. Vt ⁊ qui ſeminat ſimul gaudeat: et q̄ metit. In hoc enim eſt verbum verum: qꝛ alius eſt qui ſeminat\ ⁊ alius eſt qui metit. Ego miſi vos metere qđ vos non laboꝛaſtis. Alij laboꝛauerunt ⁊ vos in laboꝛes eoꝛum introiſtis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum ſamaritanoꝛum ꝓpter verbū mulieris teſtimoniū perhibentis: qꝛ dixit michi omnia quecūqꝫ feci. Cum veniſſent ergo ad illum ſamaritani: rogauerunt eū vt ibi maneret. Et manſit ibi duos dies. Et multo plures crediderūt in eum ꝓpter ſermonē eiꝰ ⁊ mulieri dicebant\ quia iam non propter tuam loquelam credimꝰ. Ipſi enim audiuimus\ et ſcimus quia hic eſt vere ſaluatoꝛ mundi.

Ps. v.

Offꝫ. Intēde voci oꝛonis mee rex meꝰ ⁊ deꝰ meꝰ\ qm̄ ad te oꝛabo dn̄e. ℣. Verba mea auribus ꝑcipe dn̄e\ intellige clamoꝛē meū. Secreta.

Reſpice domine ꝓpitiꝰ ad munera que ſacramus: vt et tibi grata ſint: et nobis ſalutaria ſemper exiſtant. Per dominū.

Pꝛefa. Qui coꝛpoꝛa. ieiuni. Cōio.

Ioh. iiij.

Qui biberit aquā quā ego do (dixit dn̄s ſamaritane) fiet in eo fōs aq̄ ſalientis ī vitā eternā. Poſtcōio.

Huius nos dn̄e perceptio ſacramēti mundet a crimine: et ad celeſtia regna perducat. Per.

dn̄m. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Presta q̄s oīpotēs deus: vt qui in tua protectione cōfidimus: cuncta nobis aduersantia te adiuuante vincamꝰ. Per dn̄m.

Ps. v **Sabbato post Oculi. Officiū.**

Verba mea auribꝰ percipe dn̄e: itellige clamorē meū: itēde voci orationis meȩ. Rex meꝰ ⁊ deꝰ meꝰ. Flectamus genua. Leuate. Oratio.

Presta quesumus oīpotēs deꝰ: vt qui se affligēdo carnem ab alimentis abstinent: sectãdo iustitiam a culpa ieiunēt. Per dn̄m. Lectio danielis prophete.

xiii. a In diebꝰ illis. Erat vir ī babylone: ⁊ nomē eiꝰ ioachim Et accepit vxorem nōie susannã: filiã helchie\ pulchrã nimis\ et timentē deum. Parentes autē illiꝰ cū essēt iusti: erudierunt filiã suã scd̄m legē moysi. Erat autem ioachim diues valde: ⁊ erat ei pomeriū vicinū domui sue. Et ad ipsū cōfluebãt iudei: eo ꝙ esset honorabilior oīm. Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo\ de q̄bꝰ locutꝰ est dn̄s: qr egressa est iniquitas de babylone\ a senioribꝰ iudicibꝰ q̄ videbantur regere populū. Isti frequentabãt domū ioachim et veniebant ad eos oēs qui habebant iudicia. Cū aūt populus reuertisset: post meridiē ingrediebat susanna\ ⁊ deambulabat in pomerio viri sui. Et videbãt eam senes quotidie ingredientē ⁊ deambulãtē: et exarserūt in cōcupiscētiã e

IN illo tempore. Erat paſcha et azyma poſt biduũ: et querebant ſummi ſacerdotes et ſcribe / quomodo ieſũ dolo tenerent ⁊ occiderent. Dicebãt autẽ. a. Non in die feſto. m. Ne forte tumultus fieret in populo. Et cum eſſet ieſus bethanie in domo ſimonis leproſi ⁊ recũberet: venit mulier habẽs alabaſtrũ vnguẽti nardi ſpicati precioſi / et fracto alabaſtro effudit ſuper caput eius. Erãt autẽ quidã indigne ferẽtes intra ſemet ipſos: ⁊ dicẽtes. a. Ut quid perditio iſta vnguẽti facta eſt? Poterat enim vnguẽtũ iſtud venũdari plus quã trecẽtis denariis / ⁊ dari pauperibus. m. Et fremebant in eã. Ieſus autẽ dixit. b. Sinite eã. Quid illi moleſti eſtis? Bonũ opus operata eſt in me. Semper enim pauperes habetis vobiſcũ: ⁊ cum volueritis poteſtis illis benefacere: me autẽ non ſemper habebitis. Quod habuit hec fecit: preuenit vngere corpus meũ in ſepulturã. Amẽ dico vobis: vbicũque predicatũ fuerit euãgeliũ iſtud in vniuerſo mundo / et quod fecit hec / narrabitur in memoriã eius. m. Et iudas ſcariothis vnus de duodecim: abiit ad ſũmos ſacerdotes / vt proderet eũ illis. Qui audiẽtes gauiſi ſunt: ⁊ promiſerũt ei pecuniã ſe daturos. Et querebat quomõ illũ opportune traderet. Et primo die azymorũ quãdo paſcha immolabãt: dicunt ei diſcipuli. a. Quo vis eamus et paremus tibi / vt mãduces paſcha. m. Et mittit duos ex diſcipulis ſuis / ⁊ dicit eis. b. Ite in ciuitatẽ / ⁊ occurret vobis hõ lagenã aque baiulans. Sequimini eũ. Et quocũque introierit / dicite dño domus / quia magiſter dicit. Ubi eſt refectio mea / vbi paſcha cũ diſcipulis meis mãducē? Et ipſe vobis demōſtrabit cenaculū grande ſtratū: et illic parate nobis.m. Et abierūt diſcipuli eiꝰ et venerūt in ciuitatē: et inuenerūt ſicut dixerat illis\et parauerūt paſcha. Veſpe autē facto: venit cū duodecim. Et diſcumbētibꝰ eis ⁊ mãducantibꝰ: ait ieſus.b. Amē dico vobis: quia vnꝰ ex vobis me tradet q̄ manducat mecū.m. At illi ceperūt ꝯtriſtari: ⁊ dicere ei ſingulatim.a. Nunquid ego?m. Qui ait illis.b. Vnꝰ ex duodecim: q̄ intingit mecū manum ī catino. Et filiꝰ quidē hoīs vadit ſicut ſcriptum eſt de eo: ve autē hoī illi ꝑ quē filiꝰ hoīs tradetur. Bonū erat ei ſi nō eſſet natus homo ille.m. Et mãducantibus illis accepit ieſus panē: ⁊ bñdicens fregit\et dedit eis ⁊ ait.b. Sumite\hoc eſt corpus meum.m. Et accepto calice\grãs agēs dedit eis: ⁊ biberūt ex illo oēs. Et ait illis.b. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamēti: q̄ pro multis effundet. Amē dico vobis\q2 iam nō bibã de genimine vitis: vſq3 in diē illū cū illud bibam nouum ī regno dei.m. Et hymno dicto: exierunt ī mōtē oliuarum. Et ait eis ieſꝰ.b. Oēs ſcãdalizabimini in nocte iſta: q2 ſcriptū eſt. Percutiã paſtorē: et diſpergent oues. Sed poſtq̄ reſurrexero: precedã vos ī galileam.m. Petrꝰ aūt ait illi.a. Et ſi oēs ſcãdalizati fuerint: ſed nō ego.m. Et ait illi ieſꝰ.b. Amē dico tibi: quia hodie in nocte hac priuſq̄ gallꝰ bis vocē dederit/ter me es negaturꝰ.

m. At ille ampliꝰ loquebat̄.a. Et ſi oportuerit me ſimul cōmori tibi non te negabo.m. Similiter aūt et oēs dicebãt. Et veniūt in pdi cui nomē gethſemani: et ait diſcipulis ſuis.b. Sedete hic\done orē.m. Et aſſumpſit petrum et iacobū et iohãnem ſecū. ⁊ cepit pauere et tedere. Et ait illis.b. Triſtis eſt aīa mea vſq3 ad mortem. Suſtinete hic: et vigilate.m. Et cū ꝓceſſiſſet paululū: ꝓcidit ſup terram et orabat vt ſi fieri poſſ tranſiret ab eo hora. Et dixit.b. Abba pater\oīa tibi poſſibilia ſū transfer calicē hūc a me. Sed n q̄d ego volo: ſed quod tu.m. Et ve uit: et inuenit eos dormiētes. Et ait petro.b. Simon dormis? Nō potuiſti vna hora vigilare. Vigilate ⁊ orate: vt nō intretis in tē tionē. Spiritꝰ quidē promptus eſt: caro autem infirma.m. Et iterum abiēs orauit: eundem ſermonē di cens. Et reuerſus denuo inuenit eos dormiētes. Erãt eñi oculi eor grauati: ⁊ ignorabãt quid reſpon derent ei. Et venit tertio: et ait il lis.b. Dormite iam: ⁊ requieſcite. Sufficit. Venit hora: ecce trade filiꝰ hoīs ī manꝰ pctōꝝ. Surgit eamꝰ: ecce q̄ me tradet ꝓpe eſt.m. Et adhuc eo loquente: venit iud ſcharioth vnus ex duodecim et c eo multa turba cum gladijs et li gnis: miſſi a ſummis ſacerdotib et ſenioribꝰ ⁊ ſcribis. Dederat a tem traditor eis ſignum: dicēs. Quēcūq3 oſculatus fuero ipſe e tenete eum: et ducite caute.m. Et cũ veniſſet ſtatĩ accedẽs ad eũ ait. a. Aue rabbi. m. Et oſculatus ẽ eũ. At illi manꝰ iniecerũt in ieſũ: et tenuerũt eũ. Unꝰ aũt de circũſtantibꝰ educẽs gladiũ\percuſſit ſeruũ ſũmi ſacerdotis: ⁊ amputauit illi auriculã. Et rñdens ieſus: ait illis. b. Tanq̃ ad latronem exiſtis cũ gladijs et lignis: cõprehendere me. Quotidie erã apud vos in tẽplo docẽs: et nõ me tenuiſtis. Sed vt impleant ſcripture. m. Tũc diſcipuli eiꝰ relinquentes eũ: oẽs fugerũt. Adoleſcẽs autẽ quidã ſeq̃bat eũ amictus ſĩdone ſuper nudo: et tenuerũt eũ. At ille reiecta ſindone\nudus pfugit ab eis. Et adduxerũt ieſum ad ſummũ ſacerdotẽ et conuenerunt oẽs ſacerdotes et ſcribe ⁊ ſeniores. Petrꝰ autẽ a longe ſecutꝰ eſt eũ\vſq; itro i atrium ſũmi ſacerdotis. Et ſedebat cũ miniſtris: et calefaciebat ſe ad ignẽ. Summi vero ſacerdotes ⁊ oẽ cõciliũ q̃rebant aduerſus ieſum teſtimoniũ vt eũ morti traderẽt: nec inueniebãt. Multi enĩ falſum teſtimoniũ dicebãt aduerſus eũ: ⁊ conuenientia teſtimonia illorũ nõ erãt. Et q̃dã ſurgẽtes falſum teſtimoniũ ferebãt aduerſus eũ: dicẽtes. a. Qm̃ nos audiuimꝰ eũ dicentẽ. Ego diſſoluam templum hoc manu factũ\⁊ poſt triduũ aliud nõ manu factũ edificabo. m. Et nõ erat conueniens teſtimoniũ illorũ. Exurgens aũt ſummus ſacerdos in medium iterrogauit ieſum dicẽs. a. Nõ rñdes quicq̃ ad ea que tibi obijciuntur ab his. m. Jlle autẽ tacebat: ⁊ nichil reſpondit. Rurſum ſummus ſacerdos interrogabat eum: ⁊ dixit ei. a. Tu es xp̃s filiꝰ dei benedicti. m. Jeſus autẽ dixit illis. b. Ego ſum. Et videbitis filiũ hominis ſedẽtem a dextris virtutis dei: et venientẽ cũ nubibꝰ celi. m. Summꝰ autem ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua: ait. a. Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiã. Quid vobis videt̃? m. Qui oẽs cõdẽnauerunt eũ eſſe reũ mortis. Et ceperũt q̃dã cõſpuere i eũ\et velare faciẽ eiꝰ: ⁊ colaphis eũ cedere ⁊ dicere ei. a. Prophetiza. m. Et miniſtri alapis eũ cedebãt. Et cũ eſſet petrꝰ i atrio deorſũ\venit vna ex ancillis ſũmi ſacerdotis. Et cũ vidiſſet petrũ calefacientẽ ſe: aſpiciẽs illum ait. a. Et tu cũ ieſu nazareno eras. m. At ille negauit: dicens. a. Neq; ſcio neq; noui quid dicas. m. Et exijt foras ante atriũ\et gallꝰ cãtauit. Rurſus aũt cum vidiſſet illũ alia ancilla\cepit dicere circumſtãtibꝰ qꝛ hic ex illis eſt. At ille iterũ negauit. Et poſt puſillũ rurſꝰ q̇ aſtabãt\dicebãt petro. a. Uere ex illis es: nã et galileꝰ es. m. Jlle autẽ cepit anathematizare ⁊ iurare: quia neſcio hoiem iſtũ quẽ dixitis. Et ſtatim iterum gallꝰ cãtauit. Et recordatus eſt petrꝰ verbi qd̓ dixerat ei ieſus (priuſq̃ gallus cantet bis\ter me negabis) ⁊ cepit flere. Et cõfeſtim mane cõſiliũ facientes ſũmi ſacerdotes cũ ſenioribꝰ ⁊ ſcribis ⁊ vniuerſo cõſilio: vinciẽtes ieſũ duxerunt et tradiderunt pilato. Et interrogauit eū pilatus. a. Tu es rex iudeorū? m. At ille rn̄dēs ait illi. b. Tu dicis. m. Et accusabāt eū sūmi sacerdotes ī multis. Pilat⁹ autē rursū interrogauit eū: dicēs. b. Nō rn̄des q̄cq̄? Uide in quātis te accusant. m. Jesus autē āplius nichil rn̄dit: ita vt miraretur pilatus. Per diē autē festū solebat dimittere illis vnū ex vinctis: quēcūq; petissent. Erat aūt q̄ dicebat barrabas: q̄ cū seditiosis erat vinctus\q̄ ī seditione fecerat homicidiū. Et cū ascendisset turba: cepit rogare sicut semp̄ faciebat illis. Pilatus autē rn̄dit eis: et dixit. a. Uultis dimittā vobis regē iudeorū? m. Sciebat enī q̄ p̄ inuidiā tradidissent eum summi sacerdotes. Pōtifices aūt cōcitarūt turbā: vt magis barrabam dimitteret eis. Pilatus autē iterū rn̄dens: ait illis. a. Quid ergo vultis faciam regi iudeorū? m. At illi iterū clamauerūt. a. Crucifige eū. m. Pilatus vero dicebat eis. a. Quid enī mali fecit? m. At illi magis clamabant. a. Crucifige eū. m. Pilat⁹ aūt volēs populo satisfacere\dimisit illis barrabā: et tradidit eis iesum flagellis cesū\vt crucifigeretur. Milites autē duxerūt eū in atriū pretorij: et cōuocāt totā cohortē/ et induunt eū purpura. Et imponunt ei plectētes spineā coronā: ⁊ ceperunt salutare eū. a. Aue rex iudeorū. m. Et percutiebant caput ei⁹ arūdine et cōspuebāt eū: ⁊ ponētes genua adorabāt eum. Et postq̄ illuserūt ei/exuerūt illū purpura: ⁊

induerūt eū vestimētis suis. Et ed
cūt illū vt crucifigerēt eū: et anga
riauerūt pretereūtē quempiā simo
nē cyrenensē venientē de villa patr
alexandri et rufi: vt tolleret cruc
ei⁹. Et perducunt illū ī golgotha l
cū: qd̄ est interp̄tatū caluarie loc
Et dabāt ei bibere myrrhatum vi
num: et nō accepit. Et crucifige
tes eū diuiserūt vestimēta ei⁹ mi
tentes sortē sup̄ eis\q̄s quid tolle
ret. Erat autē hora tertia: ⁊ cruci
fixerūt eū. Et erat titul⁹ cause ei
inscript⁹: rex iudeorū. Et cū eo cr
cifigūt duos latrones: vnū a de
tris\et aliū a sinistris ei⁹. Et a
pleta est scriptura q̄ dicit: et cū in
q̄s reputat⁹ est. Et p̄tereūtes bla
phemabant eum: mouētes capit
sua ⁊ dicētes. a. Uah q̄ destruis t
plum dei: et in trib⁹ dieb⁹ reedifi
cas illud. Saluū fac temetipm̄: d
scēdens de cruce. m. Silr̄ ⁊ summ
sacerdotes illudentes: ad alteru
trū cū scribis dicebāt. a. Alios sa
uos fecit: seipm̄ nō pōt saluū fac
re. Xp̄s rex israel descēdat nūc d
cruce: vt videam⁹ et credam⁹. m.
Et q̄ cū eo crucifixi erāt: cōuiciab
tur ei. Et factā hora sexta\tenebr
facte sunt p̄ totā terrā vsq; in hor
nonā. Et hora nona exclamau
iesus voce magna\dicēs. b. Helo
heloy lamazabathani? m. Qd̄ e
interp̄tatū. b. De⁹ me⁹\de⁹ meu
vt q̄d dereliq̄sti me? m. Et q̄dā d
circūstātib⁹ audientes\dicebāt.
a. Ecce heliam vocat. m. Curren
autē vn⁹ ⁊ implēs spongiā aceto\
circumponēsq; calamo\potum da

bat ei dicens. M. Sinite videam⁹ ſi veniat helias ad deponēdū eū. M. Ieſ⁹ autē emiſſa voce magna: expirauit. Hic fiat genuflexio dicendo. Pater nr̄. Aue maria. In manus tuas. M. Et velum tēpli ſciſſum eſt in duo: a ſummo vſq; deorſum. Vidēs autē cēturio qui ex aduerſo ſtabat: q2 ſic clamans expiraſſet: ait. A. Vere hic hō filius dei erat. M. Erāt autē et mulieres de lōge aſpiciētes: inter quas erat maria magdalene\et maria iacobi minoris et ioſeph mater\ et ſalome. Et cū eſſet in galilea: ſequebant eū et miniſtrabant ei: et alie multe q̄ ſimul cum eo aſcenderāt hieroſolymam. Euāgelium.

Et cum iam ſero factū eſſet (quia erat paraſceue qđ eſt ante ſabbatum) venit ioſeph ab arimathia nobilis decurio: qui ⁊ ipſe erat expectans regnū dei. Et audacter introiuit ad pilatum: et petiit corp⁹ ieſu. Pilatus autem mirabatur ſi iam obiiſſet. Et accerſito centurione: interrogauit eum ſi iam mortu⁹ eſſet. Et cum cognouiſſet a cēturione: donauit corpus ioſeph. Ioſeph autē mercatus ſindonem: ⁊ deponens eum inuoluit ſindone: ⁊ poſuit eum in monumēto qđ erat exciſum de petra. Et aduoluit lapidē: ad oſtium monumēti. Offer. Cuſtodi me dn̄e de manu peccatoris: et ab hoībus iniquis eripe me domine. V. Qui cogitauerūt ſupplantare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum michi. Secreta.

DIcata tibi plebis dn̄e q̄s oblationes ſanctifica: vt a terrene vetuſtatis cōuerſatiōe mūdati\celeſtis vite profectibus innouemur. Per d̄. Prefa. Qui corporali. Cōio. Aduerſum me exercebantur qui ſedebant ī porta\et in me pſallebant qui bibebant vinū ego vero orationē meā ad te dn̄e: tēpus beneplaciti tui deus ī multitudine miſericordie tue. P⁹cōio. Pſal. lxviii

REpleti dn̄e ſacri muneris gr̄a ſupplices exoram⁹: vt que guſtu corporeo dulcia veneratione contigimus: dulciora mētibus ſentiam⁹. Per d̄. Sup pp̄lm. Humiliate capita vr̄a deo. Orō.

TUa nos mīa de⁹ et ab oī ſubreptione vetuſtatis expurget: et capaces ſcē nouitatis efficiat. Per. ¶ Feria. iiii. poſt dominicā in ramis palmar̄. Offiū.

IN nomine dn̄i omne genu flectat: celeſtium terreſtriū et infernorū: q2 dn̄s fact⁹ eſt obediens vſq; ad mortē\ mortē autē crucis: ideo dn̄s ieſ⁹ xp̄s ī gl̄ia eſt dei prīs. Phil. ii. B

Ps. Dn̄e exaudi orationē meam ⁊ clamor me⁹ ad te veniat. Nō dr̄. Gl̄ia prī. Sequat orō ſine. Dn̄s vobiſcū. ſed tantū cū. Oremus. et Flectamus genua. Leuate. Orō. Ps. ci.

PReſta q̄s oīps de⁹ vt q̄ nr̄is exceſſib⁹ īceſſanter affligimur: p vnigeniti tui paſſionē liberemur. Qui te. Lctō eſaie pphē.

HEc dicit dn̄s de⁹. Dicite filie ſion: ecce ſaluator tuus venit. Ecce merces eius cum eo: ⁊ lxii. D

lxiii. A opus illꝰ coꝛã illo. Quis eſt iſte q̃
venit de edom\tinctis veſtibus de
boſra? Iſte foꝛmoſus in ſtola ſua
gradiens in multitudine foꝛtitudi
nis ſue. Ego qui loquoꝛ iuſticiã: ⁊
pꝛopugnatoꝛ ſum ad ſaluandum.
Quare ergo rubꝛũ eſt indumentũ
tuum\et veſtimẽta tua ſicut calcã
tiũ in toꝛculari? Toꝛcular calca-
ui ſolꝰ: ⁊ de gẽtibꝰ nõ eſt vir mecũ.
Calcaui eos ĩ furoꝛe meo: ⁊ cõcul
caui eos ĩ ira mea. Et aſperſus eſt
ſanguis eoꝝ ſup veſtimenta mea
et oĩa indumenta mea inquinaui.
Dies enĩ vltiõis ĩ coꝛde meo: ãnꝰ
retributionis mee venit. Circũſpe
xi\⁊ nõ erat auxiliatoꝛ: q̃ſiui ⁊ nõ
fuit q̃ adiuuaret. Et ſaluauit mi-
chi bꝛachiũ meum: et indignatio
mea ipſa auxiliata eſt michi. Et
conculcaui ppl'os in furoꝛe meo: ⁊
inebꝛiaui eos ĩ indignatiõe mea ⁊
detraxi ĩ terrã virtutẽ eoꝝ. Miſera
tionũ dñi recoꝛdaboꝛ. Laudẽ dñi
annũciabo ſup oĩbꝰ q̃ reddidit no
Pſal. lxviii bis: dñs deꝰ nr̃. Gr. Ne auertas
faciẽ tuã a puero tuo: qm̃ tribuloꝛ
velociter exaudi me. ℣. Saluum
fac me deus qm̃ intrauerũt aque
vſqꝫ ad animã meã: infixꝰ ſum in
limo pꝛofundi: et nõ eſt ſubſtãtia.
Sequat. Dñs vobiſcũ. Oꝛemus.
Flectamꝰ genua. Leuate. Oꝛ.

Deus qui ꝓ nobis filiũ tuũ
crucis patibulũ ſubire vo-
luiſti\vt inimici a nobis expelleres
poteſtatẽ\ꝯcede nobis famulis tuis
vt reſurrectiõis eiꝰ grãm ꝯſequa-
mur. Per eund. do. Hic dicunt me
moꝛie cõſuete. Lectõ yſaie ꝓphete.

In diebꝰ illis. Dixit yſaias
Dñe qs credidit auditui n
ſtro: ⁊ bꝛachiũ dñi cui reuelatũ e
Et aſcẽdet ſicut virgultũ coꝛã e
⁊ ſicut radix de terra ſitiẽti. Et nõ
eſt ſpecies ei neqꝫ decoꝛ\⁊ vidim
eũ ⁊ non erat aſpectꝰ. Et deſidera
uimꝰ eũ deſpectũ ⁊ nouiſſimũ v
roꝛũ virũ doloꝝ et ſciẽtẽ infirmi-
tatẽ. Et quaſi abſcõditꝰ vultꝰ ei
et deſpectꝰ: vnde nec reputauim
eũ. Vere lãguoꝛes nr̃os ipſe tulit
et doloꝛes nr̃os ipſe poꝛtauit. Et
nos putauimꝰ eũ quaſi lepꝛoſum
⁊ pcuſſũ a deo ⁊ humiliatũ. Ipſe
autẽ vulneratus eſt ꝓpt iniq̃tat
nr̃as\attritus eſt ꝓpt ſcelera nr̃
Diſciplina pacis nr̃e ſup eũ: ⁊ li
uoꝛe eius ſanati ſumus. Oẽs nos
quaſi oues errauimus: vnuſq̃ſ
in viã ſuã declinauit: ⁊ dñs poſuit
in eo iniq̃tatẽ oĩm nr̃m. Oblatus
eſt q2 ipſe voluit: et nõ aperuit os
ſuũ. Sicut ouis ad occiſionem du
cet: ⁊ quaſi agnus coꝛã tondẽte ſe
obmuteſcet\et nõ aperiet os ſuũ.
De anguſtia ⁊ de iudicio ſubla
tus eſt. Gñationẽ eius q̃s enarra
bit? Qꝛ abſciſꝰ eſt de t'ra viuẽtiũ.
Propter ſcelꝰ ppl'i mei pcuſſi eũ.
Et dabit impios ꝓ ſepultura ⁊ diui
tes ꝓ moꝛte ſua: eo q̃ iniq̃tatẽ nõ
fecerit\neqꝫ dolꝰ fuerit in oꝛe eiꝰ.
Et dñs voluit ꝯterere eũ in infir
mitate. Si poſuerit ꝓ pctõ aĩam
ſuã videbit ſemẽ lõgeuũ\et volun
tas dñi ĩ manu eiꝰ diriget. Pꝛo eo
q tradidit ĩ moꝛtẽ aĩam ſuam\et
cũ ſceleratis reputatꝰ eſt. Et ipſe
pctã multoꝛũ tulit: ⁊ ꝓ tranſgreſ-

[illegible] rogauit ut nõ perirent. Dicit pſalmus. Chor⁹ alternatim dicat tract. ita ꝙ dum .ij. canit\ chor⁹ ex illa parte ſtare tenetur: alia parte chori iterum ſedēte. et ſic per ſatet tot⁹ tract⁹ a choro\ quandocūq3 dicit tractus a choro in ſtallis\ a lxx. vſq3 ad paſcha. ❡Tract⁹.

Domine exaudi orationē meam: et clamor meus ad te veniat. ℣. Ne auertas faciem tuam a me: i quacūq3 die tribulor iclina ad me aurem tuā. ℣. In quacūq3 die inuocauero te velociter exaudi me. ℣. Qr defecerunt ſicut fumus dies mei\ et oſſa mea ſicut in frixorio cōfrixa ſunt. ℣. Percuſſus ſum ſicut fenū ⁊ aruit cor meū qr oblit⁹ ſū mãducare panē meū. ℣. Tu exurgens dñe miſereberis ſiō qr venit tēps miſerēdi ei⁹. Sequat paſſio huc i modū. m. Dñs vobiſcum. Et cū ſpū tuo.

Paſſio domini noſtri Jeſu chriſti. Secundum Lucam.

In illo tpe. Appropinquabat autē dies feſtus azimorū: qui dr paſcha. Et q̄rebāt principes ſacerdotū et ſcribe: quomodo ieſum interficerēt. Timebāt vero plebē. Intrauit autē ſathanas in iudā (q̄ cognominabat ſcarioth) vnū de duodeci: et abiit\ ⁊ locut⁹ eſt cū pricipib⁹ ſacerdotū et magiſtratibus: quēadmodū illum traderet eis. Et gauiſi ſunt: et pacti ſūt pecuniā illi dare\ et ſpopondit. Et q̄rebat opportunitatem vt traderet illum ſine turbis. Venit aūt dies azimorū\ i qua neceſſe erat occidi paſcha: ⁊ miſit petrū ⁊ iohāne dicens. b. Euntes parate nobis paſcha vt mãducemus. m. At illi dixerūt. a. Ubi vis parem⁹? m. Et dixit ad eos. b. Ecce introeūtibus vobis in ciuitatē: occurret vobis homo\ quidã amphorã aque portans: ſequimini eū in domū i quã intrat: ⁊ dicetis patrifamilias domus. Dicit tibi magiſter. Ubi eſt diuerſoriū: vbi paſcha cū diſcipulis meis mãducē? Et ipſe vobis oſtēdet cenaculū magnū ſtratū: ⁊ ibi parate. m. Euntes aūt inuenerūt ſicut dixit illis ⁊ parauerūt paſcha. Et cū facta eſſet hora\ diſcubuit: et duodecim apl'i cū eo. Et ait illis. b. Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare vobiſcū: anteq̄ patiar. Dico eīm vobis: qr ex hoc nō mãducabo illud: donec impleat i regno dei. m. Et accepto pane gr̄as egit ⁊ dixit. b. Accipite\ ⁊ diuidite iter vos. Dico eīm vobis\ ꝙ nō bibā de generatiōe vitis donec regnū dei veniat. m. Et accepto pane gr̄as egit ⁊ fregit: ⁊ dedit eis dicēs. b. Hoc eſt corpus meū\ qḋ ꝓ vobis dat: hoc facite i meã cõmemorationē. m. Similiter ⁊ calicē poſtq̄ cenauit\ dicēs. b. Hic eſt calix nouū teſtamētū i ſanguine meo: q̄ ꝓ vobis fūdet. Verūtamē ecce man⁹ tradētis me\ mecū eſt i mēſa. Et qdē fili⁹ hōis\ ſcḋm ꝙ diffinitū eſt vadit. Verūtamen ve hoī illi: ꝑ quē tradet. m. Et ipſi ceperūt q̄rere iter ſe: q̄s eſſet ex eis q̄ hoc factur⁹ eſſet. Facta eſt autē cōtentio inter eos: q̄s eoꝝ videret

eſſe maior. Dixit autem eis. b. Re
ges gētiū dn̄ant eoꝝ\ et q̄ poteſta
tē habēt ſup eos: beneficii vocātur
[illegible] xxii. D Vos aūt non ſic. Sed q̄ maioꝛ eſt
i vobis: fiat ſicut minoꝛ. Et q̄ pre
ceſſoꝛ eſt: ſicut miniſtratoꝛ. Nā q̄s
maioꝛ eſt\ q̄ recūbit an qui mini-
ſtrat: Nonne q̄ recūbit. Ego aūt
in medio veſtrū ſum ſicut q̄ mini
ſtrat: vos autē eſtis q̄ ꝑmanſiſtis
mecū in tētationib⁹ meis. Et ego
diſpono vobis (ſicut diſpoſuit mi
hi pr̄ me⁹) regnū vt edatis ⁊ biba
tis ſup mēſam meā i regno meo\
et ſedeatis ſup thꝛonos iudicātes
duodeci trib⁹ iſrl̄. m. Ait autē dn̄s
ſimoni. b. Simon\ ecce ſathanas
expetiuit vos: vt cribꝛaret ſicut
triticū. Ego aūt rogaui pꝛo te: vt
nō deficiat fides tua. Et tu aliqñ
cōuerſ⁹: cōfirma fratres tuos. m.
Qui dixit ei. a. Dn̄e\ tecū parat⁹
ſum: ⁊ i carcerē et i moꝛtē ire. m.
At ille dixit. b. Dico tibi petre\ nō
cantabit hodie gall⁹ donec ter ab
neges noſſe me. m. Et dixit eis. b.
Quando miſi vos ſine ſacculo et
pera ⁊ calciamētis\ nūquid aliq̄d
defuit vobis. m. At illi dixerūt. a.
Nichil. m. Dixit ergo eis. b. Sed
nūc qui habet ſacculū\ tollat ſimi
liter ⁊ perā. Et q̄ nō habet vēdat
tunicā ſuā\ et emat gladiū. Dico
eñi vobis\ qm̄ adhuc hoc q̄d ſcri-
ptū eſt\ opoꝛtet impleri in me. Et
cū iniq̄s deputat⁹ eſt. Et eñi ea q̄
ſunt de me\ finē habent. m. At illi
dixerunt. a. Dn̄e ecce gladii duo
hic. m. At ille dixit eis. b. Satis
eſt. m. Et egreſſus ibat ſcd̄m con-
ſuetudinē in montem oliuarū. Se
cuti ſunt autē illū et diſcipuli. Et
cū ꝑueniſſet ad locū: dixit illis. b.
Oꝛate\ ne intretis in tētationē. m.
Et ipſe auulſus eſt ab eis quantū
factus eſt lapidis: et poſitis gen
bus oꝛabat dicens. b. Pater\ ſi vis
trāſfer calicem iſtū a me. Verūt
non mea volūtas ſed tua fiat. m.
Apparuit autē illi angel⁹ de celo
cōfoꝛtās eū. Et factus in agoni
ꝓlixius oꝛabat: ⁊ factus eſt ſudo
ei⁹ ſicut gutte ſanguinis decurrē
tis i terrā. Et cū ſurrexiſſet ab oꝛo
ne\ ⁊ veniſſet ad diſcipulos ſuos\
inuenit eos doꝛmientes pꝛe triſti
tia. Et ait illis. b. Quid doꝛmiti
Surgite oꝛate\ ne intretis in ten
tationē. m. Adhuc eo loquēte ecc
turba\ et qui vocabat iudas\ vn
de duodecim\ antecedebat eos. E
appꝛopinquauit ieſu\ vt oſculare
tur eū. Ieſ⁹ aūt dixit illi. b. Iuda
oſculo filiū hoīs tradis. m. Vidēt
aūt hi q̄ circa ipm̄ erāt q̄d futurū
erat\ dixerūt ei. a. Dn̄e ſi ꝑcutim
in gladio. m. Et ꝑcuſſit vnus ex il
lis ſeruum pꝛincipis ſacerdotū\ ⁊
amputauit auriculā ei⁹ dexterā
Rn̄dens autē ieſus\ ait. b. Sinite
vſq̄ huc. m. Et cum tetigiſſet auri
culā eius\ ſanauit eū. Dixit aūt ie
ſus ad eos q̄ venerant ad ſe\ pꝛīci
pes ſacerdotū\ ⁊ magiſtratib⁹ tē
pli\ et ſenioꝛes. b. Quaſi ad latro
nē exiſtis cū gladiis ⁊ fuſtibus\ cū
quotidie vobiſcū fuerim in tēplo
et nō extēdiſtis man⁹ in me. Sed
hec eſt hoꝛa veſtra\ ⁊ poteſtas tene
bꝛarū. m. Cōpꝛehēdētes aūt eum\

duxerūt ad domū principis sacerdotū: petr⁹ vero sequebat eū a longe. Accenso autē igne in medio atrii\ ⁊ circūsedētib⁹ illis: erat petrus in medio eoꝝ. Quē cū vidisset ancilla quedā sedentē ad lumē\ et eum fuisset intuita: dixit.a. Et hic cū illo erat.m. At ille negauit eū: dicēs.a. Mulier \ nō noui illū: m. Et post pusillum alius videns eum\ dixit.a. Et tu de illis es.m. Petr⁹ vero ait.a. O hō \non sum. m. Et interuallo facto quasi hore vnius: alius quidā affirmabat dicens.a. Vere et hic cū illo erat: nā ⁊ galileus est.m. Et ait petrus.a. Homo\ nescio qđ dicis.m. Et continuo adhuc eo loquēte: cantauit gallus. Et cōuersus dñs: respexit petrum. Et recordatus est petrus verbi dñi sicut dixerat: qꝛ priusq̄ gallus cātet/ter me negabis. Et egress⁹ foras petr⁹: fleuit amare. Et viri q̄ tenebāt illū: illudebant ei cedētes. Et velauerūt eū: et percutiebāt faciē ei⁹ ⁊ iterrogauerūt eū dicētes.a. Prophetiza qs est q̄ te percussit.m. Et alia multa blasphemātes: dicebant in eū. Et vt fact⁹ est dies: cōuenerūt seniores plebis et p̄ncipes sacerdotū ⁊ scribe: et duxerūt illū ī cōciliū suū dicentes.a. Si tu es xp̄s: dic nobis. m. Et ait illis.b. Si vobis dixero: non credetis michi. Si autē ⁊ interrogauero: non r̄ndebitis michi\ neq̄ dimittetis. Ex hoc autē erit fili⁹ hoīs sedēs a dextris virtutis dei.m. Dixerunt aūt oēs.b. Tu ergo es filius dei.m. Qui ait. b. Vos dicitis: qꝛ ego sum. At illi dixerūt.a. Quid adhuc desideram⁹ testimoniū\ Ipsi enī audiuimus de ore ei⁹.m.

Luce. xxiii. A.

Et surgens oīs multitudo eoꝝ: duxerūt illum ad pilatū. Ceperūt autē accusare illū: dicētes.a. Hūc inuenimus subuertentē gentē nr̄am: ⁊ ꝓhibentē tributa dari cesari: et dicentem se xp̄m regē esse.m. Pilatus aūt interrogauit eū: dicēs.a. Tu es rex iudeoꝝ.m. At ille r̄ndēs: ait.b. Tu dicis.m. Ait aūt pilatus ad principes sacerdotū: et turbas.a. Nichil inuenio cause in hoc hoīe.m. At illi inualescebant: dicentes.a. Cōmouit pplm̄ ꝑ vniuersam iudeā: īcipiēs a galilea vsq̄ huc.m. Pilat⁹ aūt audiens galileā: interrogauit si hō galileus esset. Et vt cognouit ꝙ de herodis potestate esset: remisit eū ad herodē q̄ ⁊ ipse erat hierosolymis illis dieb⁹. Herodes aūt viso iesu: gauis⁹ est valde. Erat enī cupiens ex multo tp̄e videre eū: eo ꝙ audierat multa de eo\ et sperabat signū aliqđ videre ab eo fieri. Interrogabat autē illū multis sermonibus. At ipse nichil illi r̄ndebat. Stabāt aūt p̄ncipes sacerdotū et scribe: cōstanter accusātes eū. Spreuit aūt illū herodes cū exercitu suo: ⁊ illusit indutum veste alba\ et remisit ad pilatū. Et facti sunt amici herodes et pilatus in ipsa die: nam antea inimici erāt adinuicē. Pilat⁹ aūt cōuocatis principib⁹ sacerdotū ⁊ magistratib⁹ et plebe: dixit ad illos.a. Obtulistis michi hūc hoīeꝫ quasi auertentē ppl'm: et ecce ego coram vobis interrogās nullā causam inuenio in homine isto: ex his in quibus eū accusatis. Sz neq̧ herodes. Nā remisi vos ad illū: ꝛ ecce nihil dignum morte est actum ei. Emendatum ergo illū dimittā. m Necesse autē habebat dimittere eis per diē festū: vnū. Exclamauit autē simul vniuersa turba: dicens. a Tolle hūc\ ꝛ dimitte nobis barabbā. m Qui erat ꝓpt ſeditionē quādā factā in ciuitate et homicidiū: missus in carcerē. Iterū autē pilatus locut⁹ est ad eos: volēs dimittere iesum. At illi succlamabāt: dicentes. a Crucifige crucifige eū. m Ille autē tertio dixit ad illos. a Quid enī mali fecit iste? Nullā causā mortis inuenio ī eo. Corripiā ergo illū: ꝛ dimittam. m At illi instabāt vocib⁹ magnis postulātes vt crucifigeret: ꝛ inualescebāt voces eoꝝ. Et pilat⁹ adiudicauit fieri petitionē eoꝝ. Dimisit autē illis eū q̄ ꝓpt homicidiū ꝛ seditionē miss⁹ fuerat ī carcerē quē petebāt: iesū vero tradidit voluntati eoꝝ. Et cū ducerēt eū apprehēderūt simonē quēdā cyrenēsē venientē d' villa et imposuerūt illi crucē portare post iesū. Seq̄bat autē illū multa turba ppl'i ꝛ mulierū: q̄ plangebāt ꝛ lamentabant eū. Cōuers⁹ autē ad illas iesus: dixit. b. Filie hierl'm nolite flere sup me: sed sup vosmetipsas flete\ ꝛ sup filios vr̄os. Quoniā ecce venient dies in q̄b⁹ dicēt. Beatē steriles ꝛ vētres q̄ nō genuerūt: ꝛ vbera q̄ nō lactauerūt. Tunc incipiēt dicere mōtib⁹ cadite sup nos: et collib⁹ operite nos. Quia si ī viridi ligno hec faciunt: ī arido q̄d fiet. m Ducebant autē et alij duo nequā cū eo vt interficerent. Et postq̄ venerūt ī locū q̄ vocat calvarie\ ibi crucifixerūt eū ꝛ latrones\ vnū a dextris et alteꝝ a sinistris. Iesus autē dicebat: b Pr̄\ dimitte illis nō enī sciūt q̄d faciūt. m Diuidentes vero vestimēta ei⁹: miserūt sortē. Et stabat ppl'us expectās: ꝛ deridebāt eū principes cū eis dicētes. a Alios saluos fecit: se saluum faciat si hic est xp̄s dei elect⁹. m Illudebāt autē ei ꝛ milites accedētes et acetū offerētes ei: ꝛ dicentes. a Si tu es rex iudeoꝝ: saluū te fac. m Erat autē et superscriptio scripta super eū: literis grecis et latinis ꝛ hebraicis. Hic est rex iudeoꝝ. Vn⁹ autē de his q̄ pendebāt latronibus: blasphemabat eū dicēs. a Si tu es xp̄s: saluum fac teip̄m ꝛ nos. m Respondens autē alter: increpabat eū dicens. a Neq̧ tu times deum: qui ī eadē dānatione es. Et nos q̄dē iuste: nā digna factis recipimus\ hic vero nichil mali gessit. m Et dicebat ad iesū. a Domine memēto mei: cū veneris in regnū tuū. m Et dixit illi iesus. b Amen dico tibi: hodie mecū eris in paradiso. m Erat autē fere hora sexta et tenebre facte sunt ī vniuersam terrā\ vsq̧ in horā nonam. Et obscurat⁹ est sol: ꝛ velū tēpli scissum est mediū. Et cū dixerit diaconus velū tēpli scissum est. velū ante altare cadere ꝑmittat. Et clamans uoce magna ſic inquit: Pater\ in manus tuas commendo ſpiritū meū. Et hec dicens expirauit. Hic fiat genuflexio dicendo. Pater noſt. et Aue maria. In manus tuas. Uidens autē centurio quod factū fuerat: glorificauit deū dicens. Uere hic homo\ iuſtus erat. Et oīs turba eorū q̄ ſimul aderāt ad ſpectaculū iſtud\ et uidebāt que fiebāt percutientes pectora ſua\ reuertebantur. Stabāt autē oēs noti ei⁹ a longe: et mulieres que ſecute erāt eum a galilea hec uidētes. Euang.

Et ecce uir noīe ioſeph qui erat decurio uir bon⁹ et iuſtus: hic nō cōſenſerat conſilio et actibus eorū\ ab arimathia ciuitate iudee: qui expectabat et ipſe regnū dei. Hic acceſſit ad pylatū: et petijt corpus ieſu: et depoſitū inuoluit ſyndone: et poſuit eū in monumento exciſo: In quo nōdū quiſq̄ poſitus fuerat. Off. Dn̄e exaudi orōnē meā: et clamor me⁹ ad te ueniat. Ne auertas faciē tuā a me ne auertas faciē tuā a me. Secre.

Suſcipe q̄s dn̄e mun⁹ oblatū\ et dignanter operare/ ut quod paſſionis filij tui dn̄i noſtri myſterio gerim⁹: pijs affectibus conſequamur. Per eundē. Prefa. Qui corporali. Coio. Potū meum cum fletu tēperabā\ q̄ eleuans alliſiſti me: ego ſicut fenū arui: tu autē dn̄e i eternū permanes\ tu exurgens miſereberis ſyon: q̄ uenit tempus miſerēdi eius. Poſtcōio.

Largire ſenſib⁹ noſtris oīps deus: ut p tēporalē filij tui mortē\ quā myſteria ueneranda teſtantur: uitā nobis dediſſe perpetuā cōfidam⁹. Per eundē. ad pplm. Humiliate capita ūra deo. Oro.

Reſpice q̄s dn̄e ſuper hāc familiā tuā: pro qua dn̄s nr̄ ieſus xp̄s nō dubitauit manib⁹ tradi nocentiū\ et crucis ſubire tormētum. Qui tecū. Fer. v. in cena dn̄i.

Imprimis fiat recōciliatio penitēn̄. hoc mō. Nona cātata pergat excellētior ſacerdos ad oſtiū eccleſie occidētale indutus ueſtibus ſacerd. i cappa ſerica rubea: cū duobus diaco. albis cū amictib⁹ indutis\ abſq̄ ſubdia. et ſine cruce: per mediū chori\ ꝓceden. uexillo cilicino: ſintq̄ p̄n̄tes i atrio eccl'ie q̄ recōciliādi ſūt. Et ſi ep̄s adeſt ꝑncipalis archidia. ex ꝑte peniten. ſeꝫ extra oſtiū ecclie in cappa ſerica\ alba et ſtola indut⁹ legat hāc. lec.

Adeſt o uenerabilis pontifex tēp⁹ acceptū: dies ꝓpiciationis diuine\ et ſalutis hūane: qua mors interitū\ et uita accepit eterna principium: qn̄ i uinea dn̄i ſabaoth ſic nouorū palmitū plātatio facienda eſt ut purget execratio uetuſtatis. Quāuis eīm a diuitijs bonitatis dei nichil tp̄is uacet\ nūc tñ et largior eſt ꝑ indulgētiā remiſſio peccatorū: et copioſior ꝑ grām aſſūptio renaſcētiū. Augemur regenerandis\ creſcimus reuerſis. Lauāt aque\ lauant lachryme. Inde eſt gaudiū de aſſūptione uocatorū\ hinc leticia de abſolutiōe penitētiū. Inde eſt q̄ ſupplices tui poſteaq̄ in uarias formas criminū regione mādatoꝝ celestiū\ ⁊ morꝝ ꝓbabiliū trāsgressione ceciderūt: humiliati atq; ꝓstrati ꝓphetica ad deum voce clamāt dicētes. Peccauim⁹ cū p̄ribus nostris\ iniuste egim⁹\ iniq̄tatē fecim⁹ miserere nr̄i dn̄e. Uocē euāgelicā non frustratorie aure capientes\ bt̄i q̄ lugent: qm̄ ipsi cōsolabunt̄. Manducauerūt sicut scriptū est panem doloris\ lachrymis stratū rigauerūt\ cor suū luctu\ corpus ieiuniis afflixerūt: vt aīaꝝ reciperent quā ꝑdiderant sanitatē. Unicū est itaq; penitētie suffragium: qđ ⁊ singulis ꝓdest\ oībus et ī cōmune succurrit. Reintegra ergo in eis aplīce pōtifex quicquid diabolo suadēte\ seuiēte scīdente corruptū est. Et orōnū tuarū patrocinātib⁹ meritis\ ꝑ diuine recōciliatiōis gratiam: fac hoīes ꝓximos deo: vt q̄ antea ī suis ꝑuersitatibus displicebāt nūc iā placere se dn̄o in regione viuorum (deuicto mortis sue auctore) gratulentur. Que lectio nō legat̄ ep̄o absente. Finita lectiōe icipiat ep̄s añ. Uenite venite venite ꝑ ostiū ostiū cōuersus ad boreale: signum faciēdo cū manu quasi vocādo. Deinde diaconus ex parte penitēciū. scꝫ extra ostiū\ dicat. Flectam⁹ genua. Alius diaconus ex p̄te ep̄i dicat. Leuate. et ita fiat tribus vicib⁹. Ita tū q̄ post tertiā repetitionē añ. non dicatur. Flectam⁹ sed chorus ꝓsequat̄ totā añ. cantore incipiente. Filii audite me timorē dn̄i docebo vos ps̄. Benedicā. Tot⁹ ps̄ dr̄ cum Gl'ia p̄ri. Et post v̄nūquēq; versū repetat̄ añ. Dum ps̄ canit̄ a choro cū añ. semꝑ manuatim penitētes ab aliquo p̄b̄ro de choro habitu nō mutato reddātur sacerdoti executori officii: ⁊ ab ipso restituant̄ ecclesie gremio. Cū si ep̄s p̄ns fuerit: penitentes a p̄b̄ro reddant̄ archidiacono\ ⁊ ab ip̄o reddant̄ ep̄o\ ⁊ ab ip̄o restituant̄ eccl'ie gremio. Quib⁹ expletis: processio more solito ī chorū redeat. Deinde ꝓsternāt se oēs: ⁊ dicāt clerici in choro septē ps̄os peniten. cū Gl'ia p̄ri. ⁊ Sicut erat. Sacerdos vero cū suis ministris dicat per se septē ps̄os cū Gloria p̄ri. ⁊ Sicut erat. ⁊ añ. Ne reminiscaris. cū Kyrie eleison. Xp̄e el. Kyrie el. P̄r nr̄. ad altare sicut in die cinerū ꝑnotatū est. Deinde erigēs se sacerd. cōuers⁹ ad austral[illegible] corā dextro cornu altaris sine nota dicat. Et ne nos inducas ī tētationē. Sed libera nos a malo. Saluos fac seruos tuos ⁊ ancillas tuas. De⁹ me⁹ sperātes in te. Cōuertere dn̄e vsq; quo. Et deprecabilis esto sup̄ seruos tuos. Mitte eis dn̄e auxiliū de scō. Et de syon tuere eos. Adiuua nos deus salutaris noster. Et propter gloriā nominis tui dn̄e libera nos: ⁊ propitius esto peccātis nostris propter nomen tuum. Dn̄e exaudi orationē meā. Et clamor me⁹ ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: ⁊ me q̄ etiā mīa tua p̄m⁹ indigeo\ clementer exaudi. Et quē nō electione meriti ſed dono grē tue cōſtituiſti opis huius miniſteriū: da fiduciā tui muneris exequēdi\ ⁊ ipſe in nr̄o miniſterio qđ tue pietatis eſt operare. Per xp̄z. Et dicātur oēs oꝛatiōes et terminētur ſub tono lectiōis\ ⁊ oēs dicanẗ cū Oꝛemus. Non dicitur Dn̄s vobiſcū. niſi ante pꝛimā oꝛationem tantum. Alia oꝛatio.

DEus humani generis benigniſſime cōditoꝛ\ et miſericoꝛdiſſime refoꝛmatoꝛ: qui hominē īuidia diaboli ab eternitate deiectū\ vnici filij tui ſanguine redemiſti: viuifica hos famulos tuos quos tibi nullatenus moꝛi deſideras: ⁊ qui non derelinquis deuios\ aſſume coꝛrectos. Moueāt pietatē tuā q̄s dn̄e hoꝛū famuloꝛum tuoꝛū lachꝛymoſa ſuſpiria: tu eorū medere vulneribus\ tu iacentibus manū poꝛrige ſalutarem: ne eccl'ia tua aliqua ſui coꝛpoꝛis poꝛtione vaſtetur: ne grex tuus detrimentū ſuſtineat: ne de familie tue dāno inimicꝰ exultet: ne renatos lauachꝛo ſalutari moꝛs ſecunda poſſideat. Tibi ergo dn̄e ſupplices preces offerimꝰ\ tibi coꝛdis fletū effundimus. Tu parce confitentibus: vt ſic in hac moꝛtalitate pctā ſua te adiuuāte defleant quatenꝰ in tremendi iudicij die ſentētiam eterne dānationis euadāt. Et neſciāt piiſſime pr̄ qđ terret in tenebꝛis/ qđ ſtridet ī flāmis: atq; ab erroꝛis ſui via ad iter reuerſi iuſtitie\ nequaq̄ vltra vulneribꝰ ſaucientur: ſed ītegrū ſit eis atq; perpetuū ⁊ qđ grā cōtulit\ et qđ mīa refoꝛmauit. Per xp̄m. Alia oꝛatio.

DOmine ſancte pater oīpotēs eterne deꝰ\ q̄ vulnera nr̄a curare dignatus es: te ſupplices rogamꝰ ac petimꝰ nos hūiles tui ſacerdotes: vt p̄cibꝰ nr̄is aures tue pietatis īclinare digneris atq; ad penitētiā cōfeſſiōe mouearis: remittaſq; oīa crimina ⁊ pctā vniuerſa condones. Deſq; his famulis tuis dn̄e ꝓ ſupplicijs veniā ꝓ meroꝛe leticiā\ ꝓ moꝛte vitā: vt q̄ ad tantā ſpem celeſtis apicis deuoluti ſunt de tua mīa cōfidētes: ad bona pacifici ꝑmij tui atq; ad celeſtia dona ꝑuenire mereantur. Per. Hic nō dr̄ Oꝛemꝰ ſed ſacerđ ad pp̄lm ꝯuerſꝰ manu extēſa ſine nota dicat abſolutionē. Alia orō.

ABſoluimꝰ vos vice btī petri apl'oꝝ p̄ncipis: cui collata eſt a dn̄o poteſtas ligādi atq; ſoluēdi. Et quātū ad vos pertinet accuſatio\ et ad nos remiſſio: ſit vobis oīps deꝰ vita ⁊ ſalus: ⁊ oīm pctōꝝ vr̄oꝝ piꝰ indultoꝛ. Qui viuit ⁊c. Et ſic ſurgant oēs a ꝓſtratione oſculātes foꝛmulas vel terram\ ſacerdote dicēte Qui viuit. et ſi ep̄us adeſt dicat bn̄dictionem deinde incipiatur miſſa ſolēniter ſine regimine choꝛi. Officium.

NOs autē gloꝛiari opoꝛtet in cruce dn̄i noſtri ieſu xp̄i: in quo eſt ſalꝰ vita ⁊ reſurrectio nr̄a: per quē ſaluati ⁊ liberati ſumus. Ps. Deꝰ miſereatur noſtri et bn̄dicat nobis: illuminet vultū ſuū ſuper nō [illegible] ſeruentur [illegible]. Si ep̄s celebrat. Gl'ia patri. aut nō. Credo ep̄s celebret ſiue nō/ q̄r cāt' de Comūi apłoꝝ abſqȝ ałłi. Si ep̄s celebr͛ et dr̄ Gloria in excelſis. aliter nō. ſequatur. Oremus. ſine flectamus genua Leuate. Oro.

Deus a quo ⁊ iudas pditor reat' ſui penā/ et cōfeſſiōis ſue latro premiū ſumpſit: concede nobis q̄s tue propitiationis effectū: vt ſicut in paſſione ſua ieſus chriſtus dominus noſter: diuerſa vtriſqȝ intulit ſtipendia meritoꝝ: ita nobis ablato vetuſtatis errore reſurrectionis ſue gratiam largiatur. Qui tecū. Ad corinthios.

Fratres. Cōuenientib' vobis i vnū: iam nō eſt dn̄icā cenā manducare. Vnuſquiſqȝ eīm ſuā cenā preſumit ad mãducandū. Et ali' q̄dē eſurit: alius aūt ebri' eſt. Nūqd domos non habetis ad mãducādū ⁊ bibēdū: aut eccl̄iam dei cōtēnitis ⁊ cōfunditis eos qui nō habēt? Quid dicā vobis? Laudo vos? in hoc non laudo. Ego eīm accepi a dn̄o qd̄ et tradidi vobis: qm̄ dn̄s ieſus in qua nocte tradebat̃/ accepit panem: et grãs agēs fregit et dixit. Accipite ⁊ mãducate: hoc eſt corpus meū qd̄ ꝓ vobis tradet̃. Hoc facite in meā cōmemorationē. Similiter ⁊ calicē poſtq̄ cenauit: dicens. Hic calix nouū teſtamētū eſt in meo ſanguine. Hoc facite quotieſcunqȝ bibetis: i meā cōmemorationē. Quotieſcūqȝ eīm mãducabitis panē hūc et calicem bibetis: mortē dn̄i annunciabitis

donec veniat. Itaqȝ quicūqȝ mãdu
cauerit panē/ vel biberit calicem
dn̄i indigne: reus erit corporis ⁊ ſã
guinis dn̄i. Probet aūt ſeipſum ho
mo: ⁊ ſic de pane illo edat/ et de ca
lice bibat. Qui eīm manducat ⁊ bi
bit indigne/ iudiciū ſibi mãduca
et bibit: nō diiudicās corpus dn̄i
Ideo inter vos multi infirmi ⁊ im
becilles: ⁊ dormiūt multi. Quod ſi no
metipſos diiudicarem': nō vtiq
iudicaremur. Dū iudicamur aut
a dn̄o corripimur: vt non cum ho
mundo dānemur. Hec p̄dicta ep̄l
legatur in pulpito. et ibidē cant
grad. a duobus pueris in ſuppell
ciis. Gr. Chriſtus fact' eſt pro n
bis obediens vſqȝ ad mortē: mor
tem autē crucis. V. Propter qu
et de' exaltauit illum: et dedit ill
nomen quod eſt ſuper om̄e nomē
repetatur grad. niſi ep̄s celebre
Euangeliū legat̃ in pulpito mo
dominicali. Sc̄dm Iohannem

Ante diē feſtū paſche: ſcie
ieſ' quia venit hora ei' v
tranſeat ex hoc mūdo ad patrē: cum
dilexiſſet ſuos q̄ erāt in mundo in
finē dilexit eos. Et cena facta cū
diabol' iā miſiſſet in coꝛ vt trad
ret eū iudas ſimonis ſcariothi
ſciēs quia oīa dedit ei pater in ma
nus/ et quia a deo exiuit/ et ad de
vadit: ſurgit a cena et ponit veſti
mēta ſua. Et cū accepiſſet linte
precinxit ſe. Deinde miſit aquā
peluim: ⁊ cepit lauare pedes diſci
puloꝝ ſuorum: ⁊ extergere linteo
quo erat p̄cinctus. Venit ergo ad
ſimonem petrū. Et dixit ei petr'

Domine tu michi lauas pedes? Reſpondit ieſus et dixit ei: Quod ego facio tu neſcis modo: ſcies autem poſtea. Dixit ei petrus. Non lauabis michi pedes in eternum. Reſpondit ei ieſus. Si nõ lauero te: non habebis partem mecũ. Dixit ei ſimon petrus. Dñe / nõ tantum pedes meos: ſed et manus et caput. Dixit ei ieſus. Qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mundus totus. Et vos mundi eſtis: ſed non omnes. Sciebat enĩ quiſnã eſſet qui traderet eum: propterea dixit / non eſtis mundi omnes. Poſtq̃ ergo lauit pedes eorum accepit veſtimenta ſua: et cum recubuiſſet iterum dixit eis. Scitis qđ fecerim vobis. Vos vocatis me magiſter et domine: et bene dicitis. Sum etenim. Si ergo ego laui pedes veſtros dñs et magiſter: et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enĩ dedi vobis vt quẽadmodũ ego feci vobis: ita et vos faciatis. Et legatur ĩ pulpito more dñicali ſine Credo, niſi eps̃ celebrauerit: tunc enim legatur euangeliũ more duplicis feſti: et dicitur Credo. Offer. Dextera domini fecit virtutẽ / dextera dñi exaltauit me: non moriar ſed viuã / et narrabo opera dñi. Ponant a ſubdiacono tres hoſtie ad cõſecrãdũ: quarũ due reſeruent in craſtinũ: vna ad percipiendũ a ſacerd. reliqua vt ponat cum cruce in ſepulchro. Secret.

Iſe tibi q̃s dñe ſancte pater omnipotens eterne deus ſacrificiũ noſtrũ reddat acceptũ q̃ diſcipulis ſuis in ſui cõmemorationem hoc fieri hodierna traditione monſtrauit ieſus xps dñs noſter. Qui te. Prefa. quoti. Hac die Sanctus ſolenniter cantet licet eps̃ defuerit. Infra canonẽ Cõicantes. Hanc igitur. Et Qui pridie, vt dicũtur tam a ſacerdote q̃ ab epiſcopo. Tres pueri ante olei cõſecrationẽ: ſimul cantent hunc hymnũ ĩ ſuperpelliciis O redẽptor. Chorus idem repetat poſt vnũquẽq; verſum. Hac die non dr̃ Agnus dei, nec pax detur / niſi epiſcopus celebrauerit: tũc enĩ dicat Agnus dei, ſolenniter more duplicis feſti: et ſacri chriſmatis ampulla ꝓ pace deoſculet. Cõio. Dñs ieſus poſtq̃ cenauit cum diſcipulis ſuis / lauit pedes eorũ / et ait illis: Scitis quid fecerim vobis: ego dñs et magiſter exẽplũ dedi vobis vt et vos ita faciatis. Cãtata cõione / ſtatim incipiantur veſpere feſtiue ſine regimine chori / et ſine Deus in adiutoriũ. Ab aliquo de ſuperiori gradu incipiatur añ. Calicem.

Ioh. xiij. b

Credidi ꝓpter qđ locutus ſũ: ego autem humiliatus ſum nimis. Ego dixi in exceſſu meo: oĩs homo mẽdax. Quid retribuã dño: pro omnibus que retribuit michi. Calicem ſalutaris accipiã: et nomen dñi inuocabo. Vota mea dño reddam corã oĩ populo eius: precioſa in conſpectu dñi mors ſãctorũ eius. O dñe quia ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus et filius ancille tue. Dirupiſti vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: et nomen dñi inuocabo. Vota mea

Pſal. cxv.

dño reddā in cōſpectu oīs populi
eiꝰ:in atrijs domꝰ dñi ī medio tui
hieruſalē. Nō dr̄ Glia p̄ri. ſʒ repe
tit añ. Calicē ſalutaris accipiā:et
nomē dñi inuocabo. Et ceteri p̄ſi cū
ſuis āis dr̄ ſimili mō ſine Glia.

Psal.
cxix.

AD dominū cū tribularer
clamaui:⁊ exaudiuit me.
Dñe libera animā meā a labijs
iniquis:⁊ a lingua doloſa. Quid
detur tibi aut quid apponatur tibi:
ad linguā doloſam. Sagitte po
tētis acute:cū carbonibus deſola
torijs. Heu michi qꝛ īcolatꝰ meꝰ
prolōgatꝰ eſt\habitaui cū habitā
tibꝰ cedar multum:incola fuit aīa
mea. Cū his q̄ oderūt pacē eram
pacificꝰ : cū loquebar illis impu
gnabāt me gratis. añ. Cū his qui
oderūt pacē eram pacificꝰ:cū loq̄
bar illis impugnabāt me gratis.

Psal.
cxxxi
ix.

ERipe me dñe ab homine ma
lo:a viro iniquo eripe me.
Qui cogitauerūt iniquitates in
corde:tota die conſtituebant pre
lia. Acuerunt linguas ſuas ſicut
ſerpētes venenū aſpidum ſub la
bijs eoꝝ. Cuſtodi me dñe de ma
nu peccatoris:et ab hominibꝰ ini
quis eripe me. Qui cogitauerūt
ſupplantare greſſus meos:abſcō
derunt ſuperbi laqueum michi.
Et funes extēderunt in laqueū
iuxta iter ſcādalum poſuerūt mi
chi. Dixi dño deus meus es tu:
exaudi dñe vocē dep̄cationis mee.
Dñe dñe virtus ſalutis mee obū
braſti ſuper caput meū ī die belli.
Non tradas me domine a deſide
rio meo peccatori : cogitauerunt

contra me ne derelinquas me\ne
forte exaltētur. Caput circuitus
eoꝝ:labor labiorū ipſorū operie
eos. Cadent ſuper eos carbone
in ignē deijcies eos : ī miſerijs nō
ſubſiſtent. Uir linguoſus nō di
riget ī terra:virum iniuſtū mala
capient in interitu. Cognoui q
faciet dñs iudicium inopis:et vin
dictam pauperū. Ueruntamē
iuſti confitebūtur nomini tuo:⁊ ha
bitabūt recti cum vultu tuo. añ.
Ab hoībꝰ iniquis libera me dñe.

DOmine clamaui ad te ex
audi me:intende voci me
cum clamauero ad te. Dirig
tur oratio mea ſicut incenſum in
conſpectu tuo:eleuatio manuum
mearum ſacrificiū veſpertinum.
Pone dñe cuſtodiam ori meo : et
oſtium circumſtantie labijs meis.
Non declines cor meū in verb
malitie:ad excuſandas excuſatio
nes in peccatis. Cū hoībus ope
rātibus iniq̄tatē:⁊ nō cōmunica
bo cū electis eoꝝ. Corripiet me
iuſtus in mīa\et increpabit me
oleū aūt p̄tōris nō impinguet ca
put meū. Qm̄ adhuc et orō mea
in beneplacitis eoꝝ:abſorpti ſunt
iuncti petre iudices eoꝝ. Audiēt
verba mea quoniā potuerūt:ſicut
craſſitudo terre erupta eſt ſup ter
rā. Diſſipata ſūt oſſa noſtra ſe
īfernum: quia ad te dñe dñe ocul
mei in te ſperaui nō auferas ani
mā meā. Cuſtodi me a laq̄o quē
ſtatuerunt michi:⁊ a ſcādalis ope
rantiū iniquitatē. Cadent in re
tiaculo eiꝰ omnes peccatores ſui

ter ſum ego donec tranſeā. Cuſtodi me a laqueo quē ſtatuerūt michi: et a ſcādalis operantium iniquitatē.

Voce mea ad dñm clamaui: voce mea ad dñm deprecatus ſum. Effundo in conſpectu eius orationē meā: et tribulationē meā ante ipſum pronuncio. In deficiēdo ex me ſpūm meum: et tu cognouiſti ſemitas meas. In via hac qua ambulabā: abſcōderunt laqueum michi. Conſiderabā ad dexterā et videbā: et nō erat qui cognoſceret me. Periit fuga a me: et nō eſt q̄ reqrat aīam meā. Clamaui ad te domine\dixi tu es ſpes mea portio mea ī terra viuētium. Intēde ad deprecationē meā: qꝛ humiliatus ſum nimis. Libera me a pſequentibꝰ me: qꝛ cōfortati ſunt ſuper me. Educ de cuſtodia aīam meā ad cōfitēdū noī tuo: me expectāt iuſti donec retribuas michi. Ā. Cōſiderabā ad dexterā et videbā: et nō erat q̄ cognoſceret me. Finita .v. aū. ſtatim incipiatur. ā. Cenātibꝰ. ¶ Cāticum btē marie.

Magnificat aīa mea dñm. Et exultauit ſpūs meꝰ: ī deo ſalutari meo. Quia reſpexit humilitatem ancille ſue: ecce enī ex hoc beatā me dicēt oēs generationes. Quia fecit michi magna q̄ potēs eſt: et ſanctum nomē eiꝰ. Et mīa eius a progenie in progenies timentibꝰ eum. Fecit potētiā ī brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mēte cordis ſui. Depoſuit potentes de ſede: et exaltauit humiles. Eſurientes impleuit bonis: et diuites dimiſit inanes. Suſcepit iſrael puerū ſuum: recordatus miīe ſue. Sicut locutꝰ eſt ad patres nr̄os: abrahā et ſemini eiꝰ in ſecula. Aū. Cenātibus autē accepit ieſus panē: bñdixit ac fregit: dedit diſcipulis ſuis. Repetita aū. poſt Magnificat. dicat ſacerd. poſtcōionē cū Dñs vobiſcū. et Oremus. more ſolito. Poſtcōio.

Refecti vitalis alimētis q̄s domine deꝰ nr̄: vt qd̄ tpe noſtre mortalitatis exeq̄mur ī mortalitatis tue munere cōſequamur. Per.

Et ſic miſſa et veſpe ſimul finiantur: diacono dicēte. Ite miſſa eſt. ſi epūs celebret. ſi nō no\miſſa et veſpere ſimul finiant cū Benedicamus dño. Propter ſolēnitatē vero cenē diaconus et ſubdia. dalmatica et tunica īduant: licet epūs nō celebrauerit. Poſt prādiū cōueniāt clerici ad eccleſiā\ad altaria abluenda\et ad mandatū faciēdum\et ad cōpletorium dicēdum. In primis bñdicat aqua more ſolito extra chorū priuatim. Deinde pparent duo ſacer. excellētiores cum diacono et ſubdiacono de ſecunda forma\et ceroferē. de prima forma\q̄ oēs ſint albis cū amictibꝰ induti: et duobus clericis vinū et aquā deferētibꝰ\et īcipiāt a maiori altari\et abluāt illud infundentes vinū et aquā. et interim canteē R. In mōte oliueti. a toto choro corā altari cū ſuo V. et Re. ſine Gloria patri. quo finito d̄r V. et or. de ſcō\ī cuiꝰ honore cōſecratū eſt altare\ab excellēt. ſacer. modella voce. Ite ſine nota\q̄ terminet ſic Per xp̄m. nec precedat nec subsequat. [illegible] tātū Oremus. [illegible] modo oīa altaria i eccl'ia abluāt cū R. ꝛ V. sicut ordinati sūt in p̄dicta historia: scʒ In monte oliueti. ꝛ cū V. et [illegible]. Ita ꝙ nullū R. incipiat nisi tm̄ corā altari: et ibi tantū cātabitur vt dixim⁹. Et semꝑ i extrema ablutiōe cātet R. Circūdederūt cū suo V. Et si plura fuerit altaria i eccl'ia ꝙ R. i p̄dicta historia: tunc reincipiat historia ordine p̄dicto seruato: sʒ ꝙ R. Circūdederūt semꝑ vltimo loco cātet. Post ablutionē altariū itrent capitulū: et diacō. legat euāge. Ante diē festū. sicut ad missam lectū est. deinde d̄r. sermo. Quo finito surgāt duo predicti sacer. et icipiāt. a maioribus lauēt oīm pedes vn⁹ ex vna\ et alter ex altera pte chori: et ipsi inuicē sibi lauent pedes. Et interim cātent he seq̄ntes āe cū suis p̄is a toto choro interim sedēte. ā. Mādatū nouū. P̄s. Deus misereat nostri. totus ps. d̄r. sine Glia pri. et post vnūquēqʒ v̄. repea tur. ān. Et hoc modo dicūt oēs āe cū suis p̄is\ que sequūtur. ān. Diligamus nos. P̄s. Ecce ꝙ bonū. ān. In dieb⁹ illis. P̄s. Misereri. ā. Maria ergo. P̄s. Beati immacula. ān. Postq̄. ps. Audite hec oēs gen. He seque. āe. si necesse fuerit cātent: sin autem oīno p̄termittant. ā. Uos vocatis. ān. Si ego dn̄s. ā. Ante diē. ā. Uenit ad petrū. Peracta ablutiōe pedū: dicto sermōe accipiāt charitatis potū. Quib⁹ rite pactis: vnus sacerdos dicat preces hoc modo.

Suscepim⁹ deus miām tuā In medio templi tui. Tu mādasti. Mādata tua custodiri nimis. Ecce ꝙ bonū ꝛ ꝙ iocundū habitare fratres in vnum. Dñe exaudi orationē meā. Et clamor meus ad te veniat. Dñs vobiscū. Et cū spū tuo. Oremus. Oratio.

Adesto quesumus dn̄e officio seruitutis nostre\ ꝛ q tu pedes lauare dignatus es tuis discipulis: ne despicias opera manuum tuarū que nobis retinenda mandasti: sed sicut exteriora hic abluunt inquinamenta corporū: sic a te oīm nostrum interiora abluātur peccata. Qd ipse prestare digneris. Qui cum deo patre\ ꝛ spū sancto viuis ꝛ regnas deus. Per

Si vero nullus assit clericus sermonē faciēs: ceteris vt prius perfectis: post ablutionē pedū dicātur preces predicte. Deinde legatur sequēs euangeliū a quodā diacono de scda forma i superpellicio sine titulo: bn̄dictione prius petita ab executore officij: et legat more lectionis fratribus interim charitatis potum sumētibus. Et legatur vsqʒ ad illum finem Surgite eamus hinc. et ita recedant. Euangelium. Secundum Johannem.

In illo tp̄e. Dixit ies⁹ discipulis suis. Amē amē dico vobis\ nō est seru⁹ maior dn̄o suo neqʒ apl'us maior eo q̄ misit illū. Si hec scitis beati eritis: si feceritis ea. Nō de oībus vobis dico\ ego scio quos elegeri: sed vt adimpleatur scriptura. Qui mādu cat mecū panē leuabit contra me calcaneū ſuū. Amodo dico vobis priuſq̄ fiat: vt cum factū fuerit credatis quia ego ſum. Amen amen dico vobis: qui accipit ſi quem miſero me accipit. Qui autē me accipit: accipit eum qui me miſit. Et cū hec dixiſſet ieſus turbatus eſt ſpiritu: et proteſtatus eſt\et dixit. Amen amen dico vobis: qꝛ vnus ex vobis me tradet. Aſpiciebant ergo adinuicē diſcipuli: heſitantes de quo diceret. Erat aūt recūbēs vn⁹ ex diſcipulis eius in ſinu ieſu: quē diligebat ieſus. Innuit ergo huic ſimon petro: et dixit ei. Quis eſt de quo dicit? Itaqꝫ cum recubuiſſet ille ſupra pect⁹ ieſu: dixit ei. Dn̄e\quis eſt? Reſpōdit ieſ⁹. Ille eſt cui ego intinctū panem porrexero. Et cū intinxiſſet panē: dedit iude ſimonis ſcariothis. Et poſt bucellam introiuit in illū ſathanas: ⁊ dixit ei ieſus. Qd̄ facis fac citius. Hoc aūt nemo ſciuit diſcūbentium: ad quid dixerit ei. Quidā autē putabant (qꝛ loculos habebat iudas) q̄ dixiſſet ei ieſus: eme ea q̄ nobis opus ſunt ad diem feſtū\aut egenis vt aliqd̄ daret. Cum ergo accepiſſet ille bucellā: exiuit cōtinuo. Erat autē nox. Cum ergo exiſſet: dixit ieſus. Nunc clarificatus eſt filius hoīs: et de⁹ clarificatus eſt in eo. Si deus clarificatus eſt ī eo et deus clarificauit eum in ſemetipſo. Et continuo clarificabit eū. Filioli\adhuc modicum vobiſcū ſum. Queretis me: ⁊ (ſicut dixi iudeis) quo ego vado\vos non poteſtis venire. Et vobis dico modo. Mandatū nouū do vobis\vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos: vt et vos diligatis inuicē. In hoc cognoſcent oēs quia diſcipuli mei eſtis: ſi dilectionē habueritis ad inuicē. Dixit ei ſimon petrus. Dn̄e\quo vadis? Rn̄dit ieſ⁹. Quo ego vado non potes me modo ſequi: ſeq̄ris autē poſtea. Dixit ei petrus. Quare nō poſſū te ſeq̄ mō? Aīam meā pro te ponā. Rn̄dit ei ieſus. Aīam tuā ꝓ me pones? Amē amē dico tibi: nō cantabit gall⁹\donec ter me negabis.

Ioh.
xiiii.
A

Et ait diſcipulis ſuis. Nō turbet cor vr̄m: neqꝫ formidet. Creditis ī deū: et in me credite. In domo pr̄is mei māſiones multe ſūt. Si quominꝰ dixiſſē vobis: qꝛ vado parare vobis locū Et ſi abiero ⁊ preparauero vobis locū: iterū veniā ⁊ accipiā vos ad meipſum\vt vbi ſum ego et vos ſcitis. Et quo ego vado ſcitis: et viam ſcitis. Dixit ei thomas. Dn̄e\neſcimus quo vadis. Et quomodo poſſumus viam ſcire? Dixit ei ieſus. Ego ſum via\veritas\et vita. Nemo venit ad patrē: niſi per me. Si cognouiſſetis me\et patrē meū vtiqꝫ cognouiſſetis. Et amodo cognoſcetis eū\et vidiſtis eū. Dixit ei philippus. Dn̄e\oſtende nobis patrē: et ſufficit nobis. Dixit ei ieſus. Tanto tēpore vobiſcū ſum: ⁊ non cognouiſtis me? Philippe\qui videt me: videt et patrē meū. Et quomodo tu dicis: oſtende nobis patrē? Nō credis qꝛ ego in patre: et pater in me eſt. Verba

Deus q̄ legaliū differentias hostiarū vnius sacrificii perfectione sanxisti: accipe sacrificiū a deuotis tibi famulis oblatū: et pari bn̄dictione sicut munera iusti abel sanctifica: vt quod singuli obtulerūt ad maiestatis tue honorē cunctis proficiat ad salutē. Per dñm. Co. Gustate et videte q̄m suauis est dñs: beatus vir q̄ sperat in eo. Postcō.

Tua nos domine medicinalis operatio: et a nostris peruersitatibus clementer expediat: et ad ea q̄ recta sunt perducat. Per dñm.

Feria quarta. Ad Romanos.

Fratres. Commendat deus charitatē suā in nobis. Quoniam cū adhuc peccatores essemus secūdum tps xp̄s pro nobis mortuus est: multo igitur magis iustificati nūc in sanguine eius\ salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cū inimici essemus\ reconciliati sumus deo per mortē filii eius multo magis recōciliati salui erimus i vita ipsius. Nō solū aūt: sed et gloriamur in deo. Per dñm nostrū iesum xp̄m. Eūā. Scdm marc.

In illo tpe. Dixerunt discipuli ad iesum. Magister\ vidimus quendam in nomine tuo eiicientem demonia: et prohibuimus eū\ q nō sequitur nos. Iesus aūt ait. Nolite prohibere eū. Nemo est enī q̄ faciat virtutē i nomine meo: et possit cito male loq̄ de me. Qui enim nō est aduersum vos: pro vobis est. Quisquis enī potum dederit vobis calicē aque frigide in nōie meo quia xp̄i estis: amen dico vobis nō perdet mercedē suā. Et quisquis scandalizauerit vnū ex his pusillis credentibus in me: bonū est ei magis si circumdaretur mola asinaria collo eius et i mare mitteretur. Et si scandali [illegible] te manus tua: abscide illā bonū est tibi debilē intrare in regnū dei: q̄ duas man⁹ habētē ire in gehēnā/ in ignē inextinguibilē: ubi vermis eorum nō moritur: ⁊ ignis nō extinguit̄. Et si pes tu⁹ scandalizat te: amputa illum. Bonū est tibi claudū introire i vitam eternā: q̄ duos pedes habētē mitti i gehēnā ignis inextinguibilis. Ubi vermis eorum nō moritur: ⁊ ignis nō extigunt̄. Quod si oculus tuus scandalizat te: erue eū. Bonū est tibi luscū introire in regnū dei: q̄ duos oculos habētem mitti in gehennā ignis. Ubi vermis eorū nō morit̄: ⁊ ignis nō extinguitur.

¶ Dñica .ix. post trinitatē. Offiū.

Ecce de⁹ adiuvat me: ⁊ dñs susceptor est anime mee: averte mala inimicis meis: et in veritate tua disperde illos protector meus dñe. ps. Deus i noīe tuo salvū me fac: et in virtute tua libera me. Orō.

Largire nobis quesumus dñe semp spiritū cogitandi que recta sunt ppitius et agendi: ut qui sine te esse nō possumus/ scdm te vivere valeam⁹. p. Ad corinth.

Fratres. Nō simus cōcupiscentes malorū: sicut ⁊ illi concupierūt. Neq idolatre efficiamini: sicut quidā ex ipsis: quemadmodum scriptū est. Sedit ppls manducare et bibere: et surrexerūt ludere. Neq fornicemur/ sicut quidā ex ipsis fornicati sunt: ⁊ ceciderūt una die viginti tria milia. Neq tentemus xp̄m: sicut quidē eorū tentaverūt et a serpētibus perierūt. Neq murmuraveritis/ sicut quidā eorū murmuraverūt: et perierūt ab exterminatore. Hec aūt oīa i figura contingebant illis. Scripta aūt sunt ad correptionē nostrā: in quos fines seculorū devenerūt. Itaq qui se existimat stare: videat ne cadat. Temptatio vos nō apprehendat nisi humana. Fidelis aūt deus est: qui nō patiet vos tentari supra id qd potestis: sed faciet cū tentatione etiā proventū: ut possitis sustinere. Gr. Domine dñs noster q̄ admirabile est nomē tuū i universa terra. V. Qm̄ elevata est magnificentia tua super celos. ps. viii

Alla. V. Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob sumite psalmū iocūdū cū cithara. ps. lxxx Scdm lucam.

In illo tempore. Dixit ihe⁹ discipulis suis parabolam hanc. Homo quidā erat dives qui habebat villicum/ ⁊ hic diffamat⁹ est apud illū/ quasi dissipasset bona ipsius. Et vocavit illum/ ⁊ ait illi. Quid hoc audio de te: Redde rationē villicationis tue/ iam enī nō poteris villicare. Ait aūt villicus intra se. Quid faciā/ quia dñs me⁹ aufert a me villicationē: Fodere nō valeo/ mendicare erubesco. Scio qd faciā/ ut cū amot⁹ fuero a villicatiōe/ recipiāt me i domos suas. Convocatis itaq singulis debitoribus dñi sui/ dicebat primo. Quantū debes dño meo: At ille dixit. Centū cados olei. Dixitq illi. Accipe cautionē tuam et sede/ cito scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu vero q̄tū debes: Qui ait.

Centū choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: et scribe octoginta. Et laudauit dominus villicū iniquitatis: q2 prudenter fecisset: q2 filii huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cū defeceritis: recipiant vos in eterna tabernacula. Offertoriū. Justicie dñi Psal. xviii. recte letificantes corda: et dulciora super mel et fauum: nam et seruus tuus custodiet ea. Secreta.

Suscipe quesumus dñe munera que tibi de tua largitate deferimus: vt hec sacrosancta mysteria gratie tue operante virtute, et presentis vite nos conuersatione sanctificent: et ad gaudia sempiterna perducant. Per. Cōio. Primū Mat. vi. D querite regnum dei: et omnia adijcientur vobis dicit dñs. Postcōio.

Sit nobis dñe q̄s reparatio mentis et corporis celeste mysterium: vt cuius exequimur actionem sentiamus effectum. Per dominū. Ep̄la. Ad romanos. vi. C

Fratres. Nescitis qm̄ cui exhibetis vos seruos ad obediendū: serui estis eius cui obeditis: Siue pcti ad mortē: siue obeditionis ad iusticiā. Gratias aūt deo q2 fuistis serui pcti: obedistis autē ex corde in eā formā doctrine in qua traditi estis. Liberati autē a pctō: serui facti estis iusticie. In xp̄o iesu dño nostro. Secūdū lucā. xvi. c

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis. Qui fidelis est in minimo: et in maiori fidelis est. Et qui in modico iniquus est: et in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis: quod verum est quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis: quod vestrum est quis dabit vobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim vnū odiet et alterum diliget: aut vni adherebit et alterū contemnet. Non potestis deo seruire et mammone. Audiebant autē hec omnia pharisei: qui erant auari: et deridebant illū. Et ait illis. Uos estis qui iustificatis vos corā hominibus: deus autem nouit corda vestra: q2 qd hoib3 altū est abominatio est ante deū. Dñica x. post trini. Ad missam. Officium.

Dum clamarem ad dñm exaudiuit vocē meā ab his qui appropinquant michi: et humiliauit eos qui est ante secula et manet in eternū. Iacta cogitatū tuū in domino et ipse te enutriet. Ps. Exaudi deus orationem meam: et ne despexeris deprecationem meam: intende michi et exaudi me. Oratio.

Pateant aures mīe tue dñe precibus supplicantiū: et vt petentib9 desiderata cōcedas: fac eos q̄ tibi placita sunt postulare. Per dñm nostrū. Ad corinthios.

Fratres. Scitis qm̄ cū gentes essetis: ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Ideo notū vobis facio q2 nemo in spū dei loquens: dicit anathema iesu. Et nemo pōt dicere dñs iesus: nisi in spū sctō. Diuisiones vo gratiarū sūt [illegible] spūs. Et diuisiones ministrationum sunt: idē autē dñs. Et diuisiones operationum sunt: idem vero deus qui operatur oīa in oībus. Unicuiq3 autē datur manifestatio spūs: ad utilitatē. Alij quidē per spm̄ datur sermo sapientie: alij autē sermo scientie secundū eundē spiritū. Alteri fides in eodē spū: alij gratia sanitatum in uno spū. Alij operatio virtutū\alij prophetia\alij discretio spirituū: alij genera linguarū\alij interpretatio sermonū. Hec autē oīa operatur unus atq3 idē spūs: diuidens singulis prout vult. [illegible] Custodi me domine ut pupillā oculi: sub umbra alarū tuarū protege me. De vultu tuo iudiciū meū prodeat: oculi tui videant equitatē. Alleluya. Deus salutis mee: in die clamaui et nocte corā te. [illegible]

In illo tēpore. Cū appropinquaret iesus hierusalē: videns ciuitatē fleuit sup illā dicens. Quia si cognouisses et tu. Et quidē in hac die tua\que ad pacē tibi: nūc autē abscōdita sunt ab oculis tuis. Quia ecce venient dies in te: et circūdabūt te inimici tui vallo. Et circūdabūt te et coangustabunt te undiq3\et ad terrā prosternēt te et filios tuos qui in te sūt. Et nō relinquēt in te lapidē sup lapidē: eo q nō cognoueris tēpus visitationis tue. Et ingressus in templū cepit eiicere vendentes in illo et ementes dicens illis. Scriptū est\quia domus mea domus orationis est. Vos autē fecistis illā speluncā latronū. Et erat docens quotidie in templo. Offertoriū. Ad te dñe leuaui aīam meā deus meus in te confido non erubescam: neq3 irrideant me inimici mei: etenim uniuersi qui te expectant non confundentur. Secreta. xxiiii

Concede nobis hec quesumus domine frequentare mysteria: quia quoties huius hostie commemoratio celebratur: opus nostre redemptionis exercetur. Per. Cōmunio. Acceptabis sacrificiū iusticie oblationes et holocausta super altare tuū domine. Postcōmunio.

Tui nobis dñe cōmunio sacramenti\et purificationē conferat: et tribuat unitatem. Per. [illegible] Ad corinthios. i.cor.xv.

Fratres. Non omnis caro eadē caro\sed alia hominū\alia pecorū alia volucrū\alia autē piscium. Et corpa celestia et corpa terrestria. Sed alia quidē celestium gloria: alia autē terrestrium. Alia claritas solis\alia claritas lune\et alia claritas stellarū. Stella autē a stella differt in claritate: sic et resurrectio mortuorū. Seminatur in corruptione surget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in virtute. Seminatur corpus aīale: surget corpus spirituale. Si est corpus aīale\est et spirituale. Sicut scriptum est. Factus est primus homo adam in aīam viuentē: nouissimus adam in spm̄ viuificantē. Sed nō prius qd̄ spirituale est sed qd̄ aīale\deinde qd̄ spirituale. In christo iesu dño nostro. Secundū lucā.

In illo tēpore. Dixit iesus discipulis suis. Attendite vobis ne forte grauent corda vestra in crapula et ebrietate\et curis huius vite et xxi. F

[illegible]

[illegible] Amen dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat exaltabitur. Offer. Exaltabo te dñe qm̄ suscepisti me nec delectasti inimicos meos super me: dñe clamavi ad te et sanasti me.

[illegible]

[illegible] fugite [illegible] Audite [illegible] ſtant qui volunt michi mala. Ov.

[illegible]

ii. iii.

[illegible] croſs xxiii

Pſal. xxxiiii

Pſal. xciii.

[illegible] vii. d

[illegible] de capoleoni. Et [illegible] surdum et mutum et deprecabantur eum vt imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum misit digitos suos in auriculas eius: et expuens tetigit linguam eius. Et suspiciens in celum ingemuit et ait illi. Effeta: quod est adaperire. Et statim aperte sunt aures eius et solutum est vinculum lingue eius et loquebatur recte. Et precepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis precipiebat: tanto plus predicabant et eo amplius admirabantur dicentes. Bene omnia fecit: et surdos fecit audire et mutos loqui. Offer.

exodi xxxii C

Precatus est moyses in conspectu domini dei sui dixit precatus est moyses in conspectu dñi dei sui et dixit. quare dñe irasceris in populo tuo? parce ire anime tue: memento abrahã isaac et iacob quibus iurasti dare terrã fluentẽ lac et mel: et placatus factus est dñs de malignitate quã dixit facere pplo suo. Secr.

Respice quesumus dñe nostram ppitius seruitutẽ: vt qd offerimus sit tibi munus acceptũ et sit nostre fragilitati subsidiũ. Per dñm. Cõio.

p̄s. ciii

De fructu operũ tuorũ dñe satiabitur terra vt educas panẽ de terra et vinum letificet cor hominis vt exhilaret faciẽ in oleo et panis cor hoĩs confirmet. Postcõmunio.

Sentiamus dñe quesumus tui perceptione sacramenti subsidium mentis et corporis vt in vtroque saluati celestis remedii plenitudine gloriemur. Per. Feria iiii. Ad corinthios.

ii. iiii B

Fratres. Non vosmetipsos predicamus sed dñm nostrum iesum xpm. Nos autem seruos vestros per iesum. Quoniam deus qui dixit de tenebris lucẽ splendescere: ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ scientie claritatis dei in facie xpi iesu. Habemus autẽ thesaurũ istũ i vasis fictilibus vt sublimitas sit virtu-
tis dei non ex nobis. In oĩbus tribu-
lationẽ patimur sed nõ angustia-
mur. Aporiamur sed non destitu-
imur. Persecutionẽ patimur sed
nõ derelinquimur. Humiliamur
sed nõ cõfundimur. Deijcimur sed
nõ perimus. Semper mortificatione
iesu xpi in corpore nro circumferen-
tes vt et vita iesu in corporibus no-
stris manifestetur. Secundum mathe-

In illo tẽpore. Cepit iesus ex-
probare ciuitatibus in quibus
facte sunt plurime virtutes eius q
nõ egissent penitẽtiã. Ve tibi coro-
zaim ve tibi bethsaida. Quia si in
tyro et sidone facte essent virtutes
que facte sunt in vobis: olim in ci-
nere et cilicio penitẽtiam egissent.
Verũtamẽ dico vobis: tyro et sido-
ni remissius erit i die iudicii quã vo-
bis. Et tu capharnaũ: numquid vs-
que in celũ exaltaberis? Usque i infernũ
descẽdes. Quia si i sodomis fac-
te fuissent virtutes que facte sũt in te
forte mãsissent vsque in hũc diẽ. Ve-
rũtamẽ dico vobis quia terre sodomo-
rum remissius erit in die iudicii quã tibi.

Dñica xiii. post trinita. Offi.

Respice domine in testa-
mentum tuum: et animas
pauperum tuorum ne de-
relinquas in finem: exurge domi-
ne iudica causam tuam: et ne obli-

[illegible] voces querentium te. Ps. [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] Oratio.

Omnipotens ꝛ misericors deus de cuius munere venit vt tibi a fidelib⁹ tuis digne ꝛ laudabiliter seruiatur: tribue nobis q̄s\ vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per dn̄. Ad galathas.

Fratres. Abrahe dicte sunt promissiones: ꝛ semini eius. Nō dicit ꝛ seminib⁹ quasi i multis: sed quasi in vno ꝛ semini tuo\ qui est xp̄s. Hoc autē dico testamentū confirmatū a deo: q̄ post quadringē-tos ꝛ triginta annos facta est lex\ nō irritū facit ad euacuandā promissionē. Nam si ex lege esset hereditas: iā nō ex repromissione. Abrahe aūt ꝑ repromissionem donauit de⁹. Quid igit lex? Propter transgressiones posita est: donec veniret semē cui promiserat\ ordinata ꝑ angelos in manu mediatoris. Mediator aūt vnius nō est: deus autē vn⁹ est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enī data esset lex q̄ posset viuificare: vere ex lege eēt iusticia. Sed conclusit scriptura oīa sub pctō: vt promissio ex fide iesu xp̄i\ daret credētib⁹. Gr. Respice domine in testamentū tuum: ꝛ animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ℣. Exurge domine et iudica causam tuam: memor esto opprobrij seruoꝝ tuorū. Alleluia. ℣. Quoniam deus magnus dominus: ꝛ rex magnus sup omnē terrā. Secundū lucam.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Beati oculi qui vident que vos videtis. Dico enim vobis q̄ multi ꝓphete ꝛ reges voluerūt videre que vos videtis et nō viderunt\ ꝛ audire q̄ auditis et nō audierunt. Et ecce quidā legisperitus surrexit\ tentans illū et dicens: Magister quid faciendo vitā eternā possidebo? At ille dixit ad eū: In lege quid scriptum est? Quō legis? Ille aūt respōdens dixit: Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo\ ꝛ ex tota aīa tua\ ꝛ ex oībus viribus tuis\ ꝛ ex omni mente tua: ꝛ proximū tuum sicut teipsum. Dixitq; illi: Recte respondisti. Hoc fac\ ꝛ viues. Ille aūt volens iustificare seipsum\ dixit ad iesū: Et quis est me⁹ proxim⁹? Suscipiens aūt ie⁹\ dixit. Homo quidā descendebat ab hierusalē in hiericho\ ꝛ incidit in latrones. Qui etiā despoliauerūt eū\ ꝛ plagis impositis abierūt\ semiuiuo relicto. Accidit aūt vt sacerdos quidā descenderet eadē via: ꝛ viso illo ꝑteriit. Similiter ꝛ leuita cū esset sec⁹ locū ꝛ videret eū ptransijt. Samaritanus aūt quidā iter faciēs venit sec⁹ eū: ꝛ videns eū\ mīa mot⁹ est. Et appropians alligauit vulnera ei⁹: infundens oleū ꝛ vinū. Et imponēs illum i iumentū suū\ duxit i stabulum ꝛ curā ei⁹ egit. Et altera die protulit duos denarios ꝛ dedit stabulario ꝛ ait. Curā illius habe\ ꝛ quodcūq; supererogaueris\ ego cū rediero reddā tibi. Quis horū triū videt tibi proxim⁹ fuisse illi q̄ incidit in latrones? At ille dixit. Qui

[illegible]

[illegible] crediderit. Secundum mattheum.

xiiii. B In illo tempore. Abeuntes phariſei conſilium fecerunt adverſus Ieſum\ quomodo eum perderent. Ieſus autem ſciens receſſit inde. Et ſecuti ſunt eum multi: et curavit eos

[illegible]

Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiſcit et deficit anima mea [illegible]

[illegible]

Manifeſta autem ſunt opera carnis que ſunt fornicatio immundicia\ impudicicia\ luxuria\ idolorum ſervitus\ veneficia\ inimicicie\ contentiones\ emulationes\ ire\ rixe\ diſſenſiones\ ſecte\ invidie\ homicidia\ ebrietates\ co

[illegible]

Psal. xxxvii

Joh. vi

[illegible]

dei. Euangelium secundum lucam.

[illegible] vita eius est ex his que possidet. Dixit autem similitudinem ad illos dicens. Hominis cuiusdam divitis uberes fructus ager attulit: et cogitabat intra se dicens. Quid faciam q̄ nō habeo quo congregem fructus meos? Et dixit. Hoc faciā: destruam horrea mea et maiora faciā: et illuc congregabo omnia q̄ nata sunt mihi: et bona mea: et dicam anime mee. Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce\ comede\ bibe\ et epulare. Dixit autem illi deus. Stulte hac nocte animā tuam repetunt a te: que autem parasti cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat et non est in deum dives. Et dixit ad discipulos suos. Ideo dico vobis. Nolite solliciti esse anime vestre quid manducetis neque corpori vestro\ quid induamini. Anima plus est q̄ esca: et corpus plus q̄ vestimentum. Considerate corvos: quia non seminant\ neque metunt: quibus non est cellarium\ neque horreum\ et deus pascit illos.

Dñica. x v. post trinitatem. Ad missam. Officium.

Psal. lxxxv Inclina dñe aurem tuā ad me et exaudi me: salvum fac servum tuum deus meus sperantem in te [illegible]

[illegible]

Custodi [illegible] ecclesiā tuā propitiatione perpetua: et quia sine te labitur humana mortalitas: tuis semper auxiliis et abstrahatur a noxiis et ad salutaria dirigatur. Per dñm. Ad galathas.

Fratres. Si spiritu vi[illegible] vimus spiritu et ambulemus. Nō efficiamur inanis glorie cupidi [illegible] invicē provocantes\ invicē invidentes. Fratres\ et si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos q̄ spirituales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Cōsiderās teipsum ne et tu tēteris. Alter alterius onera portate: et sic adimplebitis legē christi. Nā si quis existimat se aliquid esse cum nichil sit: ipse se seducit. Opus autē suum probet unusquisque: et sic in semetipso tantū gloriā habebit et nō in altero. Unusquisque enī onus suum portabit. Cōmunicet autē is qui catechizatur verbo\ ei q̄ se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare: deus nō irridetur. Que enī seminaverit homo: hec et metet. Quoniā q̄ seminat in carne sua\ de carne et metet corruptionē. Qui autē seminat in spiritu de spiritu et metet vitā eternā. Bonū autē facientes nō deficiamus: tempore enī suo metemus non deficientes. Ergo dū tempus habemus\ operemur bonum ad omnes\ maxime autem ad domesticos fidei. Bonum est confidere in domino quā cōfidere in homine. Bono est sperare in domino. ℣. Bonum est sperare in domino quam sperare in principibus. Alleluia. Venite exultemus domino iubilemus deo salutari nostro: preoccupemus faciem eius in confessione et in psalmis iubilemus ei. Secundum mattheum.

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Nemo potest duobus dominis servire. Aut enim unum odio habebit et alterum diliget: aut unum sustinebit et alterum contemnet. Non potestis deo servire et mammone. Ideo dico vobis: ne solliciti sitis anime vestre quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quam esca: et corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia celi, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea: et pater vester celestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans potest adiicere ad staturam suam cubitum unum? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt: non laborant neque nent. Dico autem vobis: quoniam nec salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si autem fenum agri quod hodie est, et cras in clibanum mittitur, deus sic vestit: quanto magis vos modice fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnum dei et iustitiam eius: et hec omnia adiicientur vobis. Off. Expectans expectavi dominum et respexit me: et exaudivit deprecationem meam et immisit in os meum canticum novum hymnum deo nostro. Secreta.

Concede nobis domine quesumus: ut hec oblatio salutaris et nostrorum fiat purgatio peccatorum: et tue propitiatio potestatis. Per dominum. Com. Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum in me manet et ego in eo dicit dominus. Postcommunio. Joh. vi. F

Purificent semper et muniant tua sacramenta nos deus: et ad perpetue ducant salvationis effectum. Per. Epistola ad timotheum.

Carissimi. Scimus autem quia bona est lex si quis ea legitime utatur. Sciens hoc, quia iusto non est lex posita, sed iniustis et non subditis, impiis et peccatoribus, sceleratis et contaminatis, patricidis et matricidis, homicidis, fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus et periuris. Et si quid aliud sane doctrine adversatur, que est secundum evangelium glorie beati dei, quod creditum est mihi. Gratias ago ei qui me confortavit christo iesu domino nostro, quia fidelem me existimavit ponens in ministerio, qui prius blasphemus fui et persecutor et contumeliosus. Sed misericordiam dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundavit autem gratia domini nostri cum fide et dilectione, que est in christo iesu domino nostro. Secundum lucam. i. t. B

In illo tempore. Factum est in una dierum, docente iesu populum in templo et evangelizante, convenerunt principes sacerdotum et scribe cum senioribus, et aiunt dicentes ad illum. Dic nobis in qua potestate hec facis, aut quis xx. A est qui dedit tibi hanc potestatē? Respondens autem iesus: dixit ad illos. Interrogabo vos et ego vnū sermonem: et respondete michi. Baptismus iohannis de celo erat an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicentes. Quia si dixerimus de celo: dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi? Si autē dixerimus ex hominibus: plebs vniuersa lapidabit nos: certi sunt enim iohannē prophetā esse. Et responderunt se nescire vnde esset. Et iesus ait illis: Neque ego dico vobis: in qua potestate hec facio. ¶ Dominica .xvi. post trinitatē. Officium.

Psal. lxxxv.

Miserere michi dñe quoniam ad te clamaui tota die: quia tu dñe suauis ac mitis es: et copiosus in mia omnibus inuocātibus te. Ps. Inclina dñe aurem tuam: et exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego. Oro.

Ecclesiā tuā qs dñe miseratio continuata mundet et muniat: et quia sine te non potest salua cōsistere: tuo semper munere gubernetur. Per dominum. Ad ephesios.

iii. c.

Fratres: Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: que est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrē dñi nostri iesu christi ex quo oīs paternitas in celis et in terra nominatur. Vt det vobis secundū diuitias glorie sue virtutē corroborari per spiritū eius in interiorē hoīem: christum habitare per fidem in cordibus vestris. In charitate radicati et fundati: vt possitis comprehendere cū omnibus sanctis: que sit latitudo et lon[illegible] tudo sublimitas et profundū[illegible] Scire etiā supereminentē scien[illegible] charitatē christi: vt impleamini in [illegible] omnem plenitudinē dei. Ei autē qu[illegible] potens est oīa facere superabūdan[illegible] quam petimus aut intelligimus: secū[illegible] virtutē que operatur in nobis. Ip[illegible] gloria in ecclesia et in christo iesu: in o[illegible] generationes seculi seculorū. am[illegible]

Gr. Timebunt gētes nomen tu[illegible] dñe: et oēs reges terre gloriā tu[illegible] V. Quoniā edificauit dñs sion: [illegible] videbitur in maiestate sua. Al[illegible] V. Qui timēt dñm sperent in d[illegible] adiutor et protector eorū est. ¶ Se[illegible] quentia scti euangelii secundum luc[illegible]

In illo tpe. Ibat iesus in ci[illegible] uitatē que vocatur naim: et ib[illegible] cū eo discipuli eius et turba copio[illegible] Cū autē appropinquaret porte ci[illegible] uitatis: ecce defunctus efferebat[illegible] filius vnicus matris sue. Et he[illegible] dua erat: et turba ciuitatis mul[illegible] cū illa. Quam cū vidisset dñs: mi[illegible] motus super eā: dixit illi. Noli fle[illegible] re. Et accessit et tetigit loculū. [illegible] autē qui portabant: steterūt. Et a[illegible] Adolescens: tibi dico surge. Et [illegible] sedit qui erat mortuus: et cepit lo[illegible] et dedit illum matri sue. Accep[illegible] autem omnes timor: et magnificab[illegible] deū dicentes. Quia propheta mag[illegible] surrexit in nobis: et quia deus [illegible] sitauit plebem suam. Offer. Dñ[illegible] in auxilium meum respice: cōfun[illegible] dantur et reuereantur qui querūt ani[illegible] meam vt auferant eam. Secr[illegible]

Tua nos dñe qs sacram[illegible] ta custodiāt: et contra di[illegible]

[illegible] dimittunt semper [illegible] [illegible] domini [illegible]. Domine memorabor iustitie tue solius\ deus docuisti me a iuuentute mea\ et usque in senectam et senium deus ne derelinquas me. Postcõio.

Mentes nr̃as et corpora possideat quesumus domine doni celestis operatio: ut non noster sensus in nobis\ sed iugiter eius preueniat effectus. Per d. Ep̃la. ca. ij. Ad colossenses.

Fratres. Uidete ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam\ secundum traditionem hominum\ secundum elementa mundi\ et non secundum christum. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: et estis in illo repleti qui est caput omnis principatus et potestatis. In quo et circumcisi estis circumcisione non manu facta\ in expoliatione corporis carnis: sed in circumcisione christi. Consepulti ei in baptismo\ in quo et resurrexistis per fidem operationis dei qui suscitauit illum a mortuis. Et vos cum essetis mortui in delictis\ et preputio carnis vestre: conuiuificauit cum illo donans vobis omnia delicta. Per iesum christum dñm nostrũ. Secundum marcum.

In illo tempore. Uenit iesus bethsaidam et adducunt ei cecum: et rogabant eum ut illum tangeret. Et apprehensa manu ceci: eduxit eum extra vicum. Et expuens in oculos eius impositis manibus suis: interrogauit eum si quid videret. Et aspiciens ait. Video homines\ velut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius\ et cepit videre et restitutus est ita ut videret clare omnia. Et misit illum in domum suam: dicens. Uade in domũ tuam et si in vicum introieris\ nemini dixeris. ¶ Dñica .xviij. post trinitatem. Officium.

Iustus es dñe et rectũ iudicium tuum: fac cum seruo tuo secundũ misericordiam tuã. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio. Psal. cxviij

Tua nos domine quesumus gratia semper et preueniat et sequatur: ac bonis operibus iugiter prestet esse intentos. Per dominum nostrum. Ad ephesios. iiij. A

Fratres. Obsecro vos ego vinctus in dño: ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Cum omni humilitate et mansuetudine\ cum patientia: supportantes inuicem in charitate: solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Unũ corpus et vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestre. Unus dominus\ vna fides\ vnũ baptisma. Unus deus et pater omniũ\ qui est super omnes\ et per omnia\ et in omnibus nobis. Qui est benedictus in secula seculorũ amen. Gr. Beata gens cuius est dñs deus eorum\ populus quem elegit dominus in hereditatem sibi. V. Uerbo domini celi firmati sunt\ et spũ oris eius omnis virtus eorũ. Alleluia. V. Dextera dñi fecit virtutẽ\ dextera dñi exaltauit me. Secundum lucam. Psal. xxxij. Psal. cxvij.

xiiij. A

IN illo tempore: Cum intrasset iesus in domum cuiusdam principis phariseorum sabbato manducare panem: et ipsi observabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens iesus: dixit ad legisperitos et phariseos dicens. Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehensum sanavit eũ: ac dimisit. Et respondens ad illos: dixit. Cuius vestrum asinus aut bos in puteũ cadet/ ⁊ non cõtinuo extrahet illum die sabbati? Et nõ poterãt ad hec respondere illi. Dicebat autẽ ⁊ ad invitatos parabolã/ intendẽs quomodo primos accubitus eligerẽt: dicens ad illos. Cũ invitatus fueris ad nuptias/ non discumbas in primo loco: ne forte honoratior te sit invitatus ab illo/ et veniẽs is qui te et illum vocavit dicat tibi. Da huic locum. Et tunc incipias cum rubore: novissimũ locũ tenere. Sed cum vocatus fueris/ vade recumbe in novissimo loco: ut cum venerit qui te invitavit dicat tibi. Amice/ ascende superius. Tũc erit tibi gloria: corã simul discumbẽtibus. Quia oĩs q̃ se exaltat humiliabitur: et qui se humiliat/ exaltabit.

Dan. ix. D

Offer. Oravi deum meum ego daniel dicens: exaudi dñe preces servi tui: illumina faciem tuã super sanctuarium tuũ: et propicius intende populum istũ super quẽ invocatũ est nomen tuũ deus. Secr.

Munda nos hec dñe sacrificii presẽtis effectus: ⁊ pfice misericordiam tuam in nobis: ut eiꝰ mere mur esse participes. Per d. Co Vovete et reddite dño deo ve oẽs qui in circuitu eiꝰ affertis mu nera: terribili ⁊ ei qui aufert sp principum: terribili apud om reges terre. Postcõmuni

Purifica dñe quesumꝰ me tes nr̃as benignꝰ/ ⁊ re da celestibus sacramentis: ut cõs quenter ⁊ corporum presens p ter et futurũ capiamus auxili Per dñm. ¶ Feria quarta. Epi Si ẽm unius. et euãgeliũ Cũ ve nisset iesus et discipuli. Requi quarta feria post dominicã. xvij. ¶ Dñica. xviij. post trinit. Offi

Da pacẽ dñe sustinẽti te/ ut ,phete tui fidel inveniantur exaudi pre ces servi tui/ ⁊ plebis tue israel. Letatus sum in his que dict sunt michi: i domũ dñi ibimꝰ.

Da quesumꝰ domine po lo tuo diabolica vitar contagia: ⁊ te solum deũ pura men sectari. Per dñm. Lectio epi beati pauli apl'i. Ad corinthio

Fratres. Gratias ago de meo semp ,p vobis in gra dei: que data est vobis in christ su. Quia ĩ omnibus divites fa estis in illo/ in omĩ verbo ⁊ in omni scientia/ sicut testimonium chri sti cõfirmatũ est in vobis. Ita nichil vobis desit in ulla gra expectãtibus revelationẽ dñi no stri iesu christi. Qui ⁊ cõfirmab vos usq in finẽ sine crimine/ i adventus dñi nostri/ iesu xp̃i.

[Le]tatus sum in his q dicta sunt mi[hi]: in do. d. ibimus. V. Fiat pax in virtute tua: et abundantia i[n] turribus tuis. Alleluia. V. Letatus sum in his que dicta sunt mihi in domum domini ibimus. V. Stantes erant pedes nostri: in atriis tuis hierusalem. Alia non dicatur p[er] hebdo. in ferialibus diebus: ita tamen quod V. [illegible] [illegible] q[uan]do de feria agi[tur]. Et si nulla fer. p[er] hanc hebdo. ad hoc vacaverit: tunc dicimus V. co[n]tinuo [illegible] precinuimus. Sequentia sancti evangelii secundum matheum.

In illo tempore. Accesserunt ad iesum pharisei. Et interrogavit eum unus ex eis legis doctor: tentans eum. Magister: quod est mandatum magnum in lege? Ait illi iesus. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et in tota anima tua: et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet et prophete. Congregatis autem phariseis: interrogavit eos iesus dicens. Quid vobis videtur de christo: cuius filius est? Dicunt ei. David. Ait illis. Quomodo ergo david in spiritu vocat eum dominum dicens. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Si ergo david vocat eum dominum: quomodo filius eius est? Et nemo poterat respondere ei verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Credo.

Sanctificavit moyses altare domino offerens super illud holocausta et immolans victimas: fecit sacrificium vespertinum in odorem suavitatis domino deo in conspectu filiorum israel. Secreta. exodi xxiiii. B

Maiestatem tuam domine suppliciter deprecamur: ut hec sancta que gerimus: et a preteritis delictis nos exuant et futuris. Per. dominum.

Tollite hostias et introite in atria eius: adorate dominum in aula sancta eius. Postco. ps. xcv

Sanctificationibus tuis omnipotens deus et vitia nostra curentur: et remedia nobis eterna proveniant. Per dominum.

Feria quarta. Ad romanos.

Fratres: Obsecro vos per dominum iesum christum: et per charitatem sancti spiritus: ut adiuvetis me in orationibus vestris pro me ad deum: ut liberer ab infidelibus qui sunt in iudea: et obsequii mei oblatio fiat accepta in hierosolymam sanctis: ut veniam ad vos in gaudio per voluntatem dei: ut refrigerer vobiscum. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis amen. Secundum matheum. Ro. xv. F

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile factum est regnum celorum grano sinapis quod accipiens homo seminavit in agro suo: quod minimum est omnibus seminibus. Cum autem creverit: maius est omnibus oleribus. Et fit arbor: ita ut volucres celi veniant: et habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum celorum fermento: quod acceptum mulier abscon- Luce xiii. D [illegible] turbis: et sine parabolis non loquebatur eis: ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita a constitutione mundi.

Dominica xix. post trinitatem. Officium.

Eccli. Salus populi ego sum dicit dominus: de quacunque tribulatione clamaverint ad me exaudiam eos: et ero illorum dominus in perpetuum.

Ps. lxxvii. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Oratio.

Dirigat corda nostra quesumus domine tue miserationis operatio: quia tibi sine te placere non possumus. Per dominum. Ad ephesios. iiii.

Fratres: Renovamini spiritu mentis vestre: et induite novum hominem qui secundum deum creatus est in iusticia et sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium: loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo: quoniam sumus invicem membra. Irascimini: et nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur: iam non furetur. Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est: ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Gr.

Ps. cxl. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. V. Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Alleluia.

Psal. cxxiiii. Qui confidunt in domino sicut mons Syon: non commovebitur in eternum qui habitat in hierusalem. Ev. Math.

In illo tempore: Ascendens Jesus in naviculam transfretavit: et venit in civitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Videns autem Jesus fidem illorum: dixit paralytico. Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se. Hic blasphemat. Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum: dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius: dicere remittuntur tibi peccata tua: an dicere surge et ambula. Ut autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico. Surge: tolle lectum tuum: et vade in domum tuam. Et surrexit: et abiit in domum suam. Videntes autem turbe: timuerunt et glorificaverunt deum: qui dedit potestatem talem hominibus. Offertorium. Si ambulavero in medio tribulationis vivificabis me domine: et super iram inimicorum meorum extendes manum tuam: et salvum me fecit dextera tua. Secreta.

Deus qui nos per huius sacrificii veneranda commercia unius summeque divinitatis participes efficis: presta quesumus: ut sicut tuam cognoscimus veritatem: sic eam dignis mentibus et moribus assequamur. Per dominum. Communio. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis: utinam dirigantur vie mee ad custodiendas iustificationes tuas. Postcommunio.

Gratias tibi offerimus domine sacro munere vegetati: tuam misericordiam deprecantes: ut dignos nos eius participatione perficias. Per.

Feria iiii. Ad thessalonicenses.

[illegible] ſtate\ Et tenete
traditiones quas didiciſtis
ſiue per ſermonem\ ſiue per epiſtolam nr̃am.
Ipſe aūt dñs nr̃ ieſus xp̃s\ et deus
et pater nr̃ qui dilexit nos\ et dedit
conſolationē eternā\ et ſpem
bonā in gr̃a: exhortet corda vr̃a\
et confirmet in omni opere et ſermone bo
no. De cetero fratres orate pro no
bis: vt ſermo dei currat et clarifice
tur ſicut et apud vos: et vt
liberemur ab importunis et malis
hoīb⁹. Nō enī oīm eſt fides. Fide
lis aūt de⁹ eſt: q̄ confirmabit vos et
cuſtodiet a malo. Confidimus autē
de vobis in dño: qm̄ q̄ p̄cipimus et
facitis et facietis. Dñs aūt dirigat
corda vr̃a in charitate dei
et patiētia xp̄i. Scdm matheum.

IN illo tempore. Acceſſerūt
ad ieſum diſcipuli eius dicē
tes. Ediſſere nobis parabolam zi
zaniorum agri. Qui reſpondens
ait. Qui ſeminat bonum ſemen
eſt filius hominis. Ager autē eſt
mūdus. Bonū vero ſemē hi ſūt filij
regni: zizania aūt filij ſunt nequā.
Inimicus aūt q̄ ſeminauit ea eſt dia
bolus. Meſſis vero cōſūmatio ſecu
li. Meſſores aūt angeli dei ſūt. Si
cut ergo colligūtur zizania et igni
comburūtur: ſic erit i cōſūmatiōe ſecu
li. Mittet ergo fili⁹ hoīs angelos ſu
os: et colligēt de regno ei⁹ oīa ſcan
dala: et eos q̄ faciūt iniquitatē. Et
mittēt eos i caminū ignis: ibi erit
fletus et ſtridor dentiū. Tunc iuſti ful
gebūt ſicut ſol in regno pr̄is eo⁊.
Qui habet aures audiendi audiat.

Dñica .xx. poſt trinita. Offiū.

OMnia que feciſti nobis Dan. iij. C
dñe in vero iudicio fe
ciſti: quia peccauimus ti
bi et mandatis tuis nō obedi
uimus: ſed da gl'iam noīi tuo et
fac nobiſcū ſcd'm multitudinē
miſericordie tue. Ps. Magnus dñs Pſal.
et laudabilis nimis: in ciuitate dei no lxvij.
ſtri in monte ſancto eius. Oratio.

OMnipotens et miſericors
deus: vniuerſa nobis aduerſantia pro
pitiatus exclude: vt mente et corpore
pariter expediti: que tua ſunt liberis mē
tibus exequamur. Per. Ad ephe. v.

FRatres. Videte itaq̄ quō Ephe.
caute ambuletis: nō quaſi v. D
inſipientes: ſed quaſi ſapientes: re
dimētes temp⁹ qm̄ dies mali ſunt.
Propterea nolite fieri imprudentes:
ſed intelligētes q̄ ſit voluntas dei.
Et nolite inebriari vino i quo eſt
luxuria: ſed implemini ſpū ſācto: lo
quētes vobiſmetipſis i pſalmis:
hymnis: et canticis ſpiritalibus:
cantantes et pſallētes in cordibus
veſtris dño. Gratias agētes ſem
per pro oībus in noīe dñi nr̄i ieſu
xp̄i deo et patri. Subiecti inuicē
in timore xp̄i. Gr. Oculi oīm in Pſal.
te ſperant dñe: et tu das illis eſcā cxliiij
in tempore opportuno. V. Aperis
tu manum tuam: et imples omne
animal bñdictione. Alle. V. De
profundis clamaui ad te dñe: dñe Pſal. cxxix.
exaudi vocem meā. Scdm matheū.

IN illo tpe. Loquebatur ie Mat. xxii a
ſus [illegible] in pa
rabolis dicens. Simile factū eſt re
gnū celo⁊ homini regi q̄ fecit nupti
as filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos

vocare inuitatos ad nuptias: et nolebāt venire. Iterū misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prādiū meum paraui\ tauri mei et altilia occisa sunt\ et oīa parata: venite ad nuptias. Illi autē neglexerunt. Et abierūt\ alius in villā suā: alius vero ad negociationē. Reliqui vero tenuerūt seruos eius: et contumelijs affectos occiderūt. Rex autē cū audisset\ iratus est: et missis exercitibus suis\ perdidit homicidas illos: et ciuitatē illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidē parate sunt\ sed qui inuitati erāt nō fuerūt digni. Ite ergo ad exitus viarū\ et quoscūqȝ inueneritis vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias\ cōgregauerunt oēs quos inuenerūt bonos et malos: et īplete sunt nuptie discūbentiū. Intrauit autē rex vt videret discūbētes: et vidit ibi hominē nō vestitū veste nuptiali\ et ait illi. Amice\ quō huc intrasti nō habens vestem nuptialem. At ille obmutuit. Tūc dixit rex ministris. Ligatis manibus et pedibus eius: mittite eū in tenebras exteriores. Ibi erit fletus et stridor dentium. Multi enim sūt vocati\ pauci vero electi.

Psal. cxxxvi.

Offert. Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus dum recordaremur tui syon. Secr.

Hec munera qs dñe q̄ oculis tue maiestatis offerimus\ salutaria nobis esse concede. Per dominum.

Psal. cxviii.

Coīo. Memēto verbi tui seruo tuo domine in quo michi spē dedisti\ hec me consolata est in humilitate mea. Postcōmu

Tua nos domine medic
lis operatio\ a nostris p
uersitatibus clementer expe
et tuis semp faciat inherere man
datis. Per dñm nostrū iesum

¶ Feria quarta. Ad timotheum

Karissime. Confortare
gratia que data est tibi
christo iesu. Et que audisti per m
et multos testes: hec commend
fidelibus hominibus\ qui idon
erunt et alios docere. Labora
cut bonum miles christi iesu. N
mo militans deo implicat se n
gocijs secularibus: vt ei placea
cui se probauit. Nam et qui cert
in agone nō coronabitur: nisi leg
time certauerit. Laborantē agr
colam: oportet primum de fruct
bus percipere. Intellige que di
dabit enī tibi dñs in oībus intell
ctū. Euangeliū. Secundū Luc

In illo tempore. Diceba
iesus cuidam principi pha
riseorum. Cum facis prandiu
aut cenam: noli vocare amico
tuos\ neqȝ fratres tuos\ neqȝ c
gnatos\ neqȝ vicinos\ neqȝ diu
tes: ne forte et ipsi te reinuitent\
fiat tibi retributio. Sed cum fa
cis conuiuium: voca pauperes\ d
biles claudos et cecos\ et beat
eris: quia non habent retribue
tibi. Retribuetur enī tibi: in resu
rectione iustorū. Hec cum aud
set quidam de simul discumbe
tibus: dixit illi. Beatus qui ma
ducabit panem: in regno dei.

¶ Dñica .xxi. post trinita. Dñ

In voluntate tua domine vniuerſa poſita ſūt ⁊ nō eſt qui poſſit reſiſtere voluntati tue: tu enim feciſti oīa: celū ⁊ terrā\ ⁊ vniuerſa que celi ambitu continent. dñs vniuerſoꝝ tu es. Ps. Beati immaculati in via: q̄ ambulāt in lege domini. Oratio.

Largire q̄s dñe fidelib⁹ tuis indulgētiā placat⁹ ⁊ pacem\ vt pariter ab oībus mundentur offenſis: et ſecura tibi mente deſeruiant. Per dñm. Ad epheſios.

Fratres. Confortamini in dño: ⁊ ī potētia virtutis ei⁹. Induite vos armaturam dei: vt poſſitis ſtare aduerſus īſidias diaboli. Quoniā non eſt nobis colluctatio aduerſ⁹ carnē et ſanguinē: ſed aduerſ⁹ p̄ncipes ⁊ poteſtates\ aduerſ⁹ mūdi rectores tenebrarū harū\ contra ſpūalia neq̄tie ī celeſtibus. Propterea accipite armaturam dei: vt poſſitis reſiſtere in die malo\ et in oībus perfecti ſtare. State ergo ſuccincti lūbos veſtros in veritate: ⁊ induti loricam iuſticie\ et calciati pedes in p̄paratione euangelij pacis. In omnibus ſumentes ſcutum fidei: in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et galeam ſalutis aſſumite: et gladium ſpiritus\ quod eſt verbum dei. Grad. Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie. V. Priuſq̄ mōtes fierent aut formaretur terra ⁊ orbis: a ſeculo ⁊ in ſeculum tu es deus. Alleluia. V.

Lauda anima mea dominū laudabo dñm ī vita mea\ pſallā deo meo q̄ diu ero. Secundum Johannē. Pſal. cxlv. iiii. g

In illo tēpore. Erat quidam regulus: cuius filius infirmabatur capharnaū. Hic cū audiſſet quia ieſus adueniret a iudea ī galileam: abijt ad eum et rogauit eum vt deſcenderet\ et ſanaret filiū eius. Incipiebat enī mori. Dixit ergo ieſus ad eū. Niſi ſigna et prodigia videritis: non creditis. Dixit ad eum regulus. Dñe\ deſcende priuſq̄ moriatur filius meus. Dixit ei ieſus. Uade\ filius tuus viuit. Credidit hō ſermoni quem dixerat ei ieſus: et ibat. Iam autem eo deſcendente: ſerui occurrerunt ei: et nunciauerunt dicentes quia filius eius viueret. Interrogabat ergo horam ab eis: in qua melius habuerat. Et dixerunt ei. Quia heri hora ſeptima\ reliquit eum febris. Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei ieſus\ filius tuus viuit. Et credidit ipſe\ ⁊ domus eius tota. Offer. Job. A

Uir erat in terra nomine Job\ ſimplex et rectus ac timens deum quem ſathan petijt vt tentaret\ et data eſt ei poteſtas a dño ſuo in facultate ⁊ in carne ei⁹\ perdidit q̄ omnem ſubſtantiam ipſi⁹ ⁊ filios carnem quoq̄ eius graui vlcere vulnerauit. Secreta.

Celeſtē nobis p̄beant hec myſteria queſumus domine medicinam\ et vitia cordis noſtri expurgent. Per dñm. Cōio.

[illegible]

[illegible] Qui sanat contritos corde et alligat contritiones eorū. Sequi [illegible]

[illegible]

iii. C

[illegible] peccati. Nunc autē sine lege iustitia [illegible] manifestata est testificata a lege et prophetis. Iustitia autē dei [illegible] tia ipsius p redemptionē q̄ est in xp̄o iesu. Quē pposuit deꝰ ppiciatorē p fidē i sanguine ipsiꝰ: ad ostēsionē iusticie sue ppter remissionē prece- dentiū delictoꝝ: i sustentatione dei ad ostensionē iusticie eiꝰ in hoc tp̄e. ut sit ipse iustꝰ ꝛ iustificans eū q̄ ex fide est iesu xp̄i. Sc̄dm marcum.

xi. C IN illo tp̄e. Dixit iesꝰ disci- pulis suis. Amē dico vobis qr si quis dixerit huic monti/ tol- lere ꝛ mittere in mare/ ꝛ nō hesita- uerit i corde suo: sed crediderit qr quodcūq dixerit fiat/ fiet ei. Pro- pterea dico vobis. Oīa quecunq orantes petitis/ credite qr accipie- tis ꝛ euenient vobis. Et cū stabi- tis ad orandū: dimittite si quid ha- betis aduersus aliquem/ vt et pa- ter vester qui in celis est: dimittat vobis pctā vr̄a. Quod si vos non dimiseritis: nec pr̄ vester qui in ce- lis est/ dimittet vobis pctā vestra.

C Dñica .xxiij. post trinit. Offm.

Hiere. xxix. Dicit dominus/ ego cogi- to cogitationes pacis et non afflictionis: inuoca- bitis me ꝛ ego exaudiā vos: et reducam captiuitatem ve- stram de cunctis locis. ps. Bene- dixisti domine terram tuam: auer- tisti captiuitatem iacob. Oratio.

Psal. lxxx. iiii.

Deus refugiū nr̄m ꝛ virtꝰ: adesto piis eccl'ie tue p̄cibꝰ auctor ipse pietatis: ꝛ p̄sta vt qd̄ fideliter petimus/ efficaciter cōse- quamur. Per dn̄m. Ad philippenses.

iii. C Fratres. Imitatores mei estote ꝛ obseruate eos qui ita ambulāt/ sicut habetis formā nostram. Multi enim ambulant quos sepe dicebā vobis/ nunc aūt et flens dico inimicos crucis xp̄i. Quorū finis interitus: quorū deus venter est/ ꝛ gl'ia in confusio- ne ipsoꝝ q̄ terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in celis est. Vn- de etiam saluatorem expectamus dominum nostrum iesum christū qui reformabit corpus humilita- tis nostre/ configuratum corpori claritatis sue secundum operatio- nem qua possit etiam subiicere si- bi oīa. In xp̄o iesu dn̄o nostro. Grad. Liberasti nos dn̄e ex affligē- tibus nos: ꝛ eos qui nos oderūt cō- fudisti. ℣ In deo laudabimur tota die: et nomini tuo cōfitebimur in secula. Alleluia. ℣ Qui posuit fi- nes tuos pacem: ꝛ adipe frumen- ti satiat te. C Sequentia sancti euangelii secundum matheum.

IN illo tp̄e Abeūtes pharise- i: cōsiliū inierūt vt cape- rēt iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum herodia- nis: dicentes. Magister scimus quia verax es: et viam dei in veri- tate doces/ ꝛ non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis perso- nam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur: Licet censū da- ri cesari/ an non? Cognita autem iesus nequitia eorum: ait. Quid me tentatis hypocrite? Ostendite michi numisma census. At illi ob- tulerunt ei denariū. Et ait illis ie- sus. Cuius imago est hec ꝛ superscri- ptio? Dicunt ei. Cesaris. Tūc ait illis iesus. Reddite ergo q̄ sunt cesaque ſunt ceſaris ceſari: et q̄ ſunt dei deo. Offer. De p̄fundis clamaui ad te dñe: dñe exaudi orationem meam. Secreta.

Sacris nos dñe quesumus ſeruitiis fac intentos: vt ſine vlla tibi offenſionis macula famulemur: quales eſſe precipis ipſos nos perfice. Per dominum. Cōio. Amen dico vobis: quicquid orantes petitis: credite quia accipietis et fiet vobis. Poſtcōio.

Sumpſimus dñe ſacri dona myſterii humiliter deprecātes: vt que in tui cōmemoratione nos facere precepiſti: in noſtre proficiāt infirmitatis auxiliū. Per dñm.

¶ Feria quarta. Ad romanos.

Fratres. Si eñ vnius delicto mors regnauit p vnū: multo magis abundātiā gratie & donationis et iuſtitie accipiētes in vita: regnabūt p vnū ieſum xp̄m. Igit ſicut per vni⁹ delictū in oēs hoies i cōdēnatione mortis: ſic p vni⁹ iuſtitiā in oēs hoies in iuſtificatione vite. Sicut eñ p inobediētiā vnius hois peccatores conſtituti ſunt multi: ita et p vnius obeditionē iuſti cōſtituunt multi. Lex aūt ſubintrauit: vt abūdaret delictū. Ubi autē abūdauit delictū: ſuperabundauit et grā. Ut ſicut regnauit pctm̄ in mortē: ita et grā regnet per iuſtitiā in vitā eternā. Per ieſum xp̄m dñm nr̄m. Sc̄dm matheū.

In illo tpe. Cū veniſſet ieſus et diſcipuli ei⁹ i capharnaū: acceſſerunt q̄ didrachmā accipiebant ad petrū: et dixerunt ei. Magiſter veſter nō ſoluit didragma? Ait. Etiā. Et cum intraſſet domū: preuenit eū ieſus dicēs. Quid tibi videtur ſimō? Reges terre a quib⁹ accipiūt tributū vel cenſum: a filiis ſuis: an ab alienis? Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi ieſus. Ergo liberi ſunt filii. Ut autē non ſcandalizemus eos: vade ad mare: et mitte hamum: et eum piſcem qui primus aſcenderit: tolle. Et aperto ore eius: inuenies ſtaterem. Illum ſumens da eis: pro me et te.

¶ Dñica .xxiiij. poſt trini. Offic.

Dicit dñs ego: cogito cogitationes pacis et nō afflictionis: inuocabitis me: et ego exaudiam vos: et reducam captiuitatem veſtram de cunctis locis. Ps. Benedixiſti dñe terrā tuam: auertiſti captiuitatē iacob. Oratio. Hiere. xxix.

Abſolue quesumus domine tuorū delicta populorū: et a peccatorum noſtrorum nexibus que pro noſtra fragilitate contraximus: tua benignitate liberemur. Per dominū. Lectio epiſtole beati pauli apoſtoli: Ad Coloſſenſes. ps. lxxx iiii.

Fratres. Nō ceſſamus pro vobis orantes et poſtulantes: vt impleamini agnitione voluntatis dei: In omni ſapientia et intellectu ſpirituali: vt ambuletis digne deo per omnia placentes: In omni opere bono fructificantes: et creſcentes in ſcientia dei. In omni virtute confortati ſecundum potentiam claritatis eius: In omni patientia et longanimitate: cum gaudio. In xp̄o ieſu dño noſtro. i. B

[illegible]

signum abstulerunt. Quia ipse est deus propitius : qui benedictus est in [illegible] [illegible] [illegible] Secreta.

Psal. cxxix.

Sacrificium tibi dñe celebrandum placatus intende : qd & nos a vitijs nostre conditionis emundet & tuo nomini reddat acceptos. Per. Co. Amen dico vobis : quicquid orantes petitis credite quia accipietis et fiet vobis. Postcommunio.

Mat. xi. C.

DEus qui beatum nicolaũ pontificem tuũ innumeris decoꝛaſti miraculis: tribue nobis queſumꝰ: vt eiꝰ meritis et pꝛecibꝰ: a gehẽne incẽdijs liberemur. Per dñz. Epl'a. Ecce ſacerdos magnꝰ. In cõi. fo. xi. Grad. Dñe pꝛeuenisti eũ in benedictionibꝰ dulcedinis: poſuiſti in capite eius coꝛonã de lapide pꝛecioſo. ℣. Vitã petijt ꝛ tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum ſeculi. Alla. ℣. Iuſtꝰ germinabit ſicut lilium: ꝛ floꝛebit i eternũ ante dñm. Sequẽtia. ps. xx.

COngaudentes exultemus vocali concoꝛdia. Ad beati nicolai\ feſtiua ſolennia. Qui in cunis adhuc iacens\ ſeruando ieiunia. Ad papilla cepit ſumma\ pꝛomereri gaudia. Adoleſcens amplexatur: litterarum ſtudia. Alienus et immunis: ab omni laſciuia. Felix confeſſoꝛ cuius fuit dignitatis vox de celo nuncia. Per quam prouectus preſulatus\ ſublimatur ad ſumma faſtigia. Erat in eius animo pietas eximia: et oppꝛeſſis impendebat\ multa beneficia. Auro per eum virginum tollitur infamia atqꝫ patris earundem leuatur inopia. Quidā naute nauigantes: ⁊ contra fluctuū seuitiam luctantes\naui pene dissoluta. Iam de vita desperātes: in tanto positi periculo: clamātes voce dicūt oēs vna O beate nicolae nos ad maris portū trahe: de mortis angustia. Trahe nos ad portū maris: tu qui tot auxiliatis\pietatis grā. Dū clamarēt nec incassū: ecce quidā dicēs assum\ad vestra presidia. Statim aura datur grata: ⁊ tempestas fit sedata\quieuerunt maria. Ex ipsius tumba manat: vnctionis copia. Que infirmos oēs sanat: per eius suffragia. Nos qui sum⁹ in hoc mundo: viciorū in profundo\iam passi naufragia. Gloriose nicolae ad salutis portum trahe\vbi pax et gloria. Ipsam nobis vnctionem: impetres a domino\prece pia. Que sanauit lesionē multorū peccaminum\in maria. Hui⁹ festū celebrātes: gaudeāt per sc̄la. Et coronet eos xp̄s: post vite curricula. Euange. Homo quidā pegre. in cōi fol. xiij. Offer. Ueritas meā ⁊ mīa mea cū ipso: ⁊ in noīe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Psal. xxx. viij.

Sanctifica q̄s dn̄e hec munera\q̄ in veneratione sancti pontificis tui nicolai offerim⁹: vt per ea vita nostra: inter aduersa vbiq3 dirigatur ⁊ ꝓspera. Per dominū. Cōio. Beat⁹ seruus quē cū venerit dn̄s\inuenerit vigilantē: amen dico vobis\sup oīa bona sua constituet eum. Postcōio.

Mat. xxiiii d

Sacrificia q̄ sumpsim⁹ dn̄e p solēnitate sancti pontificis tui nicolai: sempiterna nos ꝓtectiōe cōfirment. Per dn̄m.

¶ In vigilia sancti andree apostoli. Ad missam. Officium.

Michi autē nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorum. Ps. Dñe probasti me ⁊ cognouisti me: tu cognouisti sessionē meam ⁊ resurrectionē meā. Gloria patri. Oratio.

Protegat nos quesum⁹ domine sepius beati andree apostoli tui repetita solennitas: vt cuius patrocinia pia deuotione recolimus: perpetuā defensionem sentiamus. Per dominū. Ad romanos. x. Fratres corde creditur in die. fo. ij. Grad. Nimis honorati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorū. V. Dinumerabo eos: et super arenā multiplicabūtur. Alla. V. Dilexit andreā dñs: in odorē suauitatis.

¶ Euangeliū. Secundū Marcū.

In illo tēpore. Postq̄ traditus est iohannes: venit iesus in galileam\predicans euangelium regni dei: ⁊ dicens. Quoniā impletū est tempus: et appropinquabit regnum dei: penitemini\⁊ credite euangelio. Et preteriens secus mare galilee: vidit symonem et andreā fratrem eius\mittentes rethia in mare. Erant enim piscatores. Et dixit eis iesus. Uenite post me: ⁊ faciam vos fieri piscatores hominū. Et protinus relictis rethibus\secuti sunt eum. Offer. In omnem terram exiuit sonus ſonum: ⁊ in fines orbis terre verba eorum.

Secreta.

Indulgentiā nobis prebeāt hec munera queſumus domine largiorem: que beati andree apoſtoli tui ſuffragiis offeruntur. Per dominū noſtrū ieſū chriſtū filiū tuū. Qui tecū viuit. Prefatio. Et te domine. Cōio. Venite poſt me: faciā vos fieri piſcatores hoīm: at illi relictis rethib9 ⁊ naui\ ſecuti ſunt dn̄m. Poſtcōio.

Prebeat nobis domine queſumus beat9 andreas apoſtolus optatum preſidiū: quo ſalutare nobis ſumptū proficiat ſacramentum. Per dominū noſtrū ieſum chriſtū filiū tuū. Qui tecū.

In cōceptiōe btē marie. Offim.

Gaudeamus omnes in domino diem \ feſtum celebrantes ſub honore marie virginis: de cuius conceptione gaudent angeli et collaudant filium dei. ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Nō dicitur. Gloria ī excelſis. Oratio.

Supplicationem ſeruorum tuorum deus miſerator exaudi: vt qui in conceptione dei genitricis ⁊ virginis congregamur: eius interceſſionibus a te de inſtantibus periculis eruamur. Per eundem dominum noſtrum.

Lectio libri ſapientie.

Ego quaſi vitis fructificaui ſuauitatem odoris: ⁊ flores mei fructus honoris ⁊ honeſtatis. Ego mater pulchre dilectiōis ⁊ timoris: ⁊ magnitudinis ⁊ ſcē ſpei. In me oīs grā vie et veritatis: in me oīs ſpes vite ⁊ virtutis. Tranſite ad me oēs q̄ ɔcupiſcitis me: ⁊ a generationib9 meis implemini. Spūs enim meus ſuper mel dulcis: ⁊ hereditas mea ſup mel ⁊ fauū. Memoria mea in generatione ſeculoꝝ. Qui edūt me adhuc eſurient: ⁊ q̄ bibūt me adhuc ſitient. Qui audit me nō cōfundetur: et qui operant in me nō peccabūt. Et q̄ elucidāt me\ vitā eternā habebūt.

Grad. Audi filia ⁊ vide et inclina aurē tuā: q2 concupiuit rex ſpeciē tuā. V. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intēde pſpere pcede ⁊ regna. Pſal. xliiii.

Alla. V. Cōceptio glorioſe virginis marie ex ſemīe abrahe\ orta de tribu iuda\ clara ex ſtirpe dauid. Seq. Eccl.

Dies iſte celebretur: in quo pie recenſetur marie cōceptio. Virgo mater generatur: ɔcipitur et creatur recta vena venie. Ade vet9 exiliū: ⁊ ioachim opprobriū hinc habent remedia. Hoc pphete preuiderunt: patriarche preſenſerūt: inſpirāte gratia. Virgo florē cōceptura: ſtella ſolē paritura/ hodie ɔcipit. Flos de virga pceſſur9: ſol de ſtella naſcitur9\ xp̄s intelligit. O q̄ felix et preclara: nobis grata deo chara\ fuit hec cōceptio. Terminatur miſeria: datur mia\ luct9 cedit gaudio. Noua mr nouā prole: noua ſtella nouū ſolē\ noua pfert gratia. Genitorē genitura creatorē creatura: patrem parit filia. O mirādā nouitatem nouā quoq; ſignificatiōe mūdi caſtitatē filiū cōcepiſti. Salue virgo glorioſa/ virgo mater ſpecioſa/ mater prole generoſa/ plene plena gaudio. Quod preceſſit ī figura/ nube latet ſub obſcura: hoc declarat genitura: ſemel matris virgo pura/ pariēdi vetat iura/ fuſa mirante natura/ deitatis pluuia. ¶ Triſte fuit ī eua ve: ſed ex eua formā ī aue: verſa vice: ſed nō praue: intus zelās in cōclaue/ verbum bonū ⁊ ſuaue/ nobis mater virgo faue/ tua fert gratia. Omnis homo ſine mora/ laude plena ſoluēs ora iſtam colas ipſā ora/ omni die omni hora. Sit mens ſupplex vox ſonora/ ſic ſupplica ſic implora huiꝰ patrocinia. ¶ Tu ſpes certa miſerorū vere mr̄ orphanorū: tu leuamē oppreſſorū/ medicamē infirmorū omnibus es omnia. ¶ Te rogamus voto pari: laude digna ſingulari: vt errātes in hoc mari: nos in portu ſalutari/ tua ſiſtat gr̄a. Amen.

¶ Initium ſancti euangelij. Secundum Matheum.

t. A Liber generationis ieſu chriſti filij dauid filij abraham. Abraham genuit yſaac. Yſaac autem genuit iacob. Jacob autē genuit iudam ⁊ fratres eius. Judas autem/ genuit phares ⁊ zarā de thamar. Phares autem genuit eſrō. Eſrom autem/ genuit aram. Arā autem genuit aminadab. Aminadab autem/ genuit naaſon. Naaſon autem/ genuit ſalmon. Salmon autem/ genuit booz de raab. Booz autē/ genuit obeth ex ru
Obeth autem/ genuit ieſſe. Ieſ
autē/ genuit dauid regem. Dau
autem rex: genuit ſalomonem e
ea que fuit vrie. Salomō autē
genuit roboam. Roboam autē
genuit abiam. Abia autē: genu
aſa. Aſa autem/ genuit ioſaphat.
Joſaphat autē genuit ioram. Jo
ram autē/ genuit oziā. Ozias au
genuit ioatham. Joatham aut
genuit achaz. Achaz autē/ genu
ezechiā. Ezechias aūt/ genuit ma
naſſem. Manaſſes autem/ genu
amon. Amon aūt/ genuit ioſiam
Joſias autem: genuit iechoniā
⁊ fratres eiꝰ in trāſmigratione ba
bylonis. Et poſt tranſmigratio
babylonis: iechonias genuit ſala
thiel. Salathiel aūt: genuit zorobabel. zorobabel autem/ genui
abiud. Abiud autem/ genuit eliachim. Eliachim autē: genuit azor. Azor autem: genuit ſadoch. Sadoch autē: genuit achim. Achim autem genuit eliud. Eliud autem genuit eleazar. Eleazar autē/ genuit mathā. Mathā autē/ genuit iacob. Jacob autē/ genuit ioſep
virum marie/ de qua natus
ſus qui vocatur chriſtus. ¶ Cre
Offer. Diffuſa eſt gr̄a in labij
tuis. Propterea benedixit te de
eternū ⁊ in ſeculum ſeculi. Secre

Unigeniti tui dn̄e nobis
ſuccurrat humanitas
qui natꝰ de virgine integritatē
tris nō minuit ſed ſacrauit ī cō
ptionis eiꝰ ſolēnijs a noſtris no
piaculis exuens: oblationē noſtrā

[illegible] faciat eſſe acceptam ieſus chriſtus dominꝰ noſter. Qui tecũ. Prefatio. Et te in conceptione. Cōio. [illegible] fides genuit purgauit lumina mūdi: ⁊ tibi virginitas inuiolata manet. Poſtcommunio.

Sumpſimus dñe celebritatis annue votiua ſacramēta: preſta queſumꝰ: vt intercedente beata maria ſemper virgine: et tēpoꝛalis vite nobis remedia prebeant et eterne. Per dñm. Nō dr Ite miſſa eſt. ¶ Sancte lucie virginis ⁊ martyꝛis. Officium.

Dilexiſti iuſtitiā ⁊ odiſti iniquitatē ꝓpterea vnxit te deꝰ deꝰ tuus/ oleo letitie pre cōſoꝛtibꝰ tuis. Ps. Eructauit coꝛ meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloꝛia patri. Oꝛatio.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter vt ſicut de beate lucie virginis ⁊ martyꝛis tue feſtiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per. Epla. Dñe deus meus. In cōmuni fol. xi. Grad. Dilexiſti iuſtitiam et odiſti iniq̃tatē. V. Propterea vnxit te deus deꝰ tuus oleo leticie. Alleluya. Vꝰ. Emulor enim vos dei emulatione: deſpondi enī vos vni viro virginē caſtā exhibere xp̄o. Sequē. Exultemꝰ in hac die. Vt in [illegible]. Euā. Simile eſt regnū celorū theſauro. In cōi. fo. xvi. Offer. Offerentur regi virgines poſt eā proxime eiꝰ offerentur tibi. Secreta.

Oblatam domine queſumus munera dicanda illucere que nomini tuo pro ſolennitate ſancte lucie virginis ⁊ martyꝛis tue: ſuppliciter immolamꝰ. Per dñm. Cōio. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternū. Pſal. xliiij. Poſtcō.

Sancte lucie virginis ⁊ martyꝛis tue nos domine queſumus precatio tibi grata cōciliet: vt per hec ſancta que ſumpſimus ſalutaria ſentiamus. Per dñm.

¶ In vigilia ſcti thome aplī: q̃re oīa i vigilia huiꝰ aplī. in cōi. fo. j. Si hec vigil. i dñica vel i. iiij. fer. vel i. vj. fer. vel i ſabbato quatuoꝛ tēpoꝛū euenerit/ nichil ad miſſam fiat de vigilia preter memoꝛiam: ſed i quacūq; alia fe. cōtigerit: de eadē vigilia dicatur miſſa. ¶ In die ſācti thome apoſtoli. Officiū.

Michi autem nimis honorati ſunt amici tui deus: nimis cōfoꝛtatꝰ eſt principatus eoꝛum. Pſal. cxxxviii. Ps. Domine pꝛobaſti me ⁊ cognouiſti me tu cognouiſti ſeſſionē meā/ ⁊ reſurrectionē meā. Gloꝛia pri. Oꝛatio.

Da nobis queſumus domine beati thome apoſtoli tui: ita ſolemnitatibus gloꝛiari: vt eius ſemper et patrocinijs ſubleuemur: et fidem congrua deuotione ſectemur. Per. Epiſtola. Iam non eſtis. vt in cōmuni fo. ij. Gra. Nimis honoꝛati ſunt amici tui deus: nimis confoꝛtatus eſt principatus eoꝛum. Vꝰ. Dinumerabo eos: et ſuper arenam multiplicabuntur. Alleluya. V. In omnem terram exiuit ſonus eoꝛum: et in Pſal. xviii.

fines orbis terre verba eorum. Sequentia. Clare ſanctorum. In communi. fo.ii. ¶ Euangelium Secundum Johannem.

xx. f IN illo tēpore. Thomas vnus ex duodecim qui dicit͛ didimus: nō erat cū eis quando venit ieſus. Dixerūt ergo ei alij diſcipuli. Vidimus dn̄m. Ille autem dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixurā clauorū: et mittā digitū meū in locū clauorum et mittā manū meā in latus eius/non credam. Et poſt dies octo: iterū erant diſcipuli eius intus/et thomas cū eis. Venit ieſus ianuis clauſis: et ſtetit in medio: et dixit eis. Pax vobis. Deide dixit thome. Infer digitū tuū huc/et vide manus meas: et affer manū tuā: et mitte in latus meum: et noli eſſe incredulus/ſed fidelis. Reſpondit thomas et dixit ei. Dn̄s meus et deus meus. Dixit ei ieſus. Quia vidiſti me thoma/credidiſti: beati q̄ nō viderūt et crediderūt. ¶ Credo.

pſal. xliiii. Offer. Conſtitues eos principes ſuper omnem terrā memores erūt nominis tui/in omni progenie et generatione. Secreta.

DEbitū domine noſtre reddimus ſeruitutis ſuppliciter exorantes: vt ſuffragijs beati thome apoſtoli tui/in nobis tua munera tuearis: cuius honorando confeſſionē laudis tibi hoſtias immolamus. Per dn̄m. Prefatio. Et te dn̄e. Communio. Mitte manum tuam et cognoſce loca clauorū: alleluya: et noli eſſe incredulus ſed fidelis: all'a alleluya. Poſtcōis.

PRoſit plebi tue miſericor
dn̄s diuinum preceptio ſacram
ti/et interceſſio bti thome apoſto
tui/vt ſalutationem mentis et co
poris et inceſſabiliter expetat/et ef
ficaciter accipiat. Per dn̄z. ¶ Sc
felicis epi et martyris. Officium.

SAcerdotes dei benedici
te dominum: ſancti et hu
miles corde laudate dn̄
pſ. Benedicite oīa ope
ra dn̄i dn̄o/laudate et ſuperaltate
eū i ſcl'a. Gl'ia pr̄i. Gl'ia i excelſi
Et dicitur in omni feſto ſanctor
extra aduentū: et a ſeptuageſim
vſqz ad paſcha: preterq̄ in feſto ſa
cte petronille virginis: cum po
octa ſancte trinitatis et corpor
chriſti euenerit: et i feſto ſācti ber
tini abbatis: et ſctē tecle virgini
et ſcti romani epi et cōfeſſoris/in
quibus dicitur nocturnus. Or

COncede q̄ſumus oīps deu
vt ad meliorem vitam ſci
felicis martyris tui atqz pōtific
exempla nos prouocent: quaten
cuius ſolennia celebramus/etiam
actus imitemur. Per dominum.
Ep'la. Teſtificor in cōi. fo.iiij. Gr.
Iurauit dn̄s et nō penitebit eū: tu
es ſacerdos i eternū ſcd̄z ordinē mel
chiſedech. V. Dixit dn̄s dn̄o meo:
ſede a dextris meis. All'a. V. Inue
ni dauid ſeruū meū: oleo ſctō meo
vnxi eū. Euāg. Qui vos audit me
audit. vt in cōi. fo. v. Offer. Gl'ia et
honore coronaſti eū: et cōſtituiſti eū
ſup opa manuū tuarū dn̄e. Secr.

HOſtias tibi dn̄e bti felici
martyris tui atqz pōtifici

meritis benign⁹ aſſume ꝑ peperit nobis tribue pꝛecum donum. Per. Cōm. Poſuiſti domine in capite ei⁹ coꝛonam de lapide precioſo. Poſtcōm.

Tua ſancta ſumētes domine ſupplicitꝛ depcamur: ut beati felicis martyꝛis tui atq; pontificis cuius celebꝛam⁹ ſolēnia ſentiam⁹ ꝓtectionē. Per do.

¶ Sciēdū eſt ꝙ ſi aliqđ feſt. triū lc. vel oct. ſine regimīe chori ab oct. epiphanie uſq; ad quadꝛageſimā et ab oct. paſche: uſq; ad pꝛimā dnicā ante aſcenſionē dñi: ⁊ curſū inceptione Deus omniū. uſq; ad aduentū dñi in ſabbato contigerit vel per toti⁹ anni ſpacium in dnicis ſiue in ieiuniis .iiij. tēpoꝛū vel in vigilia euenerit, nichil fiat ad miſſā de feſtis: niſi tm̄ mēoꝛia: niſi qn̄ dr̄ miſſa de aliquo ſctō vel in capl'o unde aliqđ ꝓpꝛium habet: ⁊ tunc nō dr̄ ad miſſā de die mēoꝛia. In ſabbato enī ſolet fieri totū ſeruitiū de ſācta maria: niſi feſtū .ix. lc. vel .iij. lect. cū ꝓpꝛiis hiſtoꝛiis vel laudib⁹ vel vigilie vel ieiunia .iiij. tēpoꝛum. vel oct. cū regimine chori ipedierint: quod tamē fiat in aliqua feria ipſi⁹ ebdomade. In dnicis autē diebus miſſa dnicalis cantatur: niſi interueniat feſtū vel oct. cū regimine chori: tamē ſi in ipſa dnica noua hyſtoꝛia inchoāda fuerit: feſtū ſi ſimplex fuerit differatur et miſſa de dnica dicat: niſi ſit fe. tranſlationis ſcti edmūdi epi vel ſcti bartholomei apli: vel ſcti petri ad vincula vel decollationis ſcti iohānis baptiſte: vel aliqđ tale feſtū .ix. lc. qđ in craſtino non ſequat aliud feſtū .ix. lc. ⁊ ſi hiſtoꝛia nō fuerit duratura niſi ꝑ unā ebdomadā: ⁊ in ipſa ebdo. tot ferie nō vacauerint in quibus poſſit hiſto. ꝑcātari: feſt. differatur ⁊ miſſa de dominica dicat.

¶ In vigil. vero et .iiij. tpib⁹ ſemꝑ dicat miſſa de ieiunio: cū moderatione tm̄ q̄ eſt ſupꝛa ī vigil. ſancti andꝛee. Qđ ſi feſtū .ix. lect. ibi euenerit miſſa de feſto poſt terciā dicatur: miſſa vero de ieiunio poſt ſextā: utraq; ad pꝛincipale altare. ita tamen ꝙ diacon⁹ ⁊ ſubdiaconus ſint albis cum amictibus induti abſq; tunicis vel caſulis: ad illam miſſam ſcilicet de ieiunio. Utatur etiā clerici in choꝛo cappis nigris ⁊ fiat ꝓſtratio poſt Sanct⁹ moꝛe ſolito. ⁊ dicātur preces feriales licet duplex feſ. fuerit ipſo die. Excipiūtur tamē quedam feſtiuitates triū lect. ſcilicet ſanctoꝛum iohānis et pauli: ypoliti ſocioꝛumq; ei⁹, ſancti bꝛicij epi: ⁊ undecim miliū virginum ſecundum antiquū oꝛdinale: que ſi in ſabbato contigerint: miſſa de eis dicatur: et miſſa de cōmemoꝛatione beate marie ī aliqua feria ipſius ebdo. celebꝛet. Si vero quedam iſtarū feſtiuitatum ut eſt ſanctoꝛum iohannis ⁊ pauli: ypoliti et ſācti bꝛicij in dnica euenerit magna miſſa de feſtis dicetur: ⁊ miſſa dnicalis in capitulo niſi foꝛte ut ſupꝛa dictū eſt noua hyſtoꝛia in ipſa dnica ichoāda fuerit: tūc enim miſſa de dnica [illegible] vel huiusmodi [illegible] dimittitur. ¶ Sancti mauri abbatis et confessoris. Officium

P. lxi. IUstus ut palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur: plantatus in domo domini: in atriis domus dei nostri. Ps. Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Oratio.

DEus qui eterne glorie participē beatū maurū leuitā atq; abbatē fieri concessisti: cōcede nobis propicius ipso intercedente aditū regni celestis: cuius ad bene viuendū informamur exemplis. Per. Epla. Iustus cor suū. In cōi fo. xlij. Grad. Os iusti meditabitur sapientiā: ꝛ lingua eius loquetur iudiciū. ℣. Lex dei eius in corde ipsius: ꝛ non supplātabuntur gressus eius. Alla. ℣. Amauit eū dñs ꝛ ornauit eū stola glorie induit eū. Eua. Nemo accēdit. vt i cōi fo. xiij. Offer. Desideriū aīe ei⁹ tribuisti ei dñe: ꝛ volūtate labiorū ei⁹ nō fraudasti eū posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. Secr.

Psal. xxxvi

P. xx.

ECclesie tue dñe munera ꝓpiciat⁹ sctifica\ꝛ cōcede: vt per hec venerāda cōmercia: intercedente beato mauro confessore tuo atq; abbate pane celesti refici mereamur. Per. Cōio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eū domine. Postcōio.

Ibid.

SUpplices te rogamus ops deus: vt intercedēte beato mauro confessore tuo\atq; abbate: ꝛ tua in nobis dona multiplices: ꝛ tempora nostra disponas. Per.

Scti marcelli pape ꝛ mr. Offi.

STatuit ei dominus testamentū pacis et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas i eternū. Ps. Mia dñi in eternū cantabo. Oratio.

PReces populi tui qs domine clemēter exaudi: vt beati marcelli martyris tui\atq; pontificis meritis adiuuemur: cuius passiōe letamur. Per d. Epla. Oīs pōtifex. In cōi. fo. vi. Gr. Inueni dauid seruū meū: oleo sācto vnxi eū: man⁹ eni mea auxiliabit ei: ꝛ brachiū meū cōfortabit eū. ℣. Nichil proficiet inimic⁹ i eo: ꝛ filius iniquitatis nō nocebit eū. Alla. ℣. Elegit te dñs sibi i sacerdotem magnū i pplo suo. Eua. Vigilate q nescitis. In cōi. f. xiiij. Offer. Veritas mea ꝛ mia mea cū ipso: ꝛ i noīe meo exaltabitur cornu ei⁹. Secr.

UT nostre saluti munera oblata proficiant: sancti marcelli martyris tui\atq; pontificis dñe qs obtineat intercessio salutaris. Per. Cōio. Dñe quinq; talēta tradidisti michi: ecce alia quinq; superlucratus sum: euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Postcō.

REfecti qs dñe\de sacramenti tui participatione beati marcelli quoq; martyris tui atq; pōtificis\ꝑcib⁹ adiuuemur. Per.

¶ Scti sulpicij epi et cōf. Offi.

SAcerdotes dei benedicite dominum: ſcti ⁊ humiles corde laudate deū. Ps. Benedicite oīa opera dn̄i dn̄o: laudate ⁊ ſuperexaltate eū i ſecula. Oratio.

DA q̄ſumus deꝰ: vt qui beati ſulpicij confeſſoris tui atq; pōtificis depoſitionē colimꝰ: apud te interceſſionibus adiuuemur. Per. Epl'a. Iuſtū dedu. in cōmuni fo. xj. Gr. Ecce ſacerdos magnus qui ī diebus ſuis placuit deo. V. Non eſt inuentus ſimilis illi qui cōſeruaret legem excelſi. Alleluya. V. Poſui adiutorium ſuper potentē: ⁊ exaltaui electum de plebe mea. Euan. Homo quidā peregre in cōmuni fo. xij. Offer. Inueni dauid ſeruum meum: et in oleo ſancto meo vnxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum. Secreta.

SUpplicationibꝰ noſtris tibi dn̄e grata pariter exiſtat oblatio: quā pro ſcti ſulpicij confeſſoris tui atq; pontificis cōmemoratione deferimꝰ: atq; īdulgētiā nobis eius ſuffragijs largiaris. Per. Cōio. Fidelis ſeruus et prudens quem conſtituit dominus ſuper familiā ſuā: vt det illis in tēpore tritici menſurā. Poſtcō.

PReſtent nobis domine tua ſancta preſidium: que interceſſionibus beati ſulpicij confeſſoris tui atq; pontificis ⁊ meritis nos ab omnibus abſoluant delictis. Per d. ¶ Sancte priſce virginis et martyris. Officium.

LOquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regū et non confundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via qui ambulant in lege domini. Oratio.

Psal. cxviii

Ibid.

DA queſumus omnipotens deus: vt qui beate priſce virginis ⁊ martyris tue natalicia colimus: ⁊ annua ſolennitate letemur: ⁊ tāte fidei proficiamꝰ exē plo. Per dn̄m. Epl'a. Dn̄e deꝰ meus. In cōi. fo. xv. Gr. Specie tua et pulchritudine tua: intende proſpere procede ⁊ regna. V. Propter veritatem ⁊ manſuetudinem ⁊ iuſticiā ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V. Specie tua et pulchritudine tua: intende proſpere procede et regna. Euāg. Simile eſt regnū celoꝝ theſauro. In cōi fo. xvj. Offer. Filie regum in honore tuo: aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate. Secreta.

Psal. xliiii. et omnia infra.

MUnera noſtra q̄s dn̄e gratanter aſſumē: vt ꝑ interuētionē btē priſce v̄ginis tue ⁊ martyris: oīm noſtrum corda ad cultū vere religionis conuerte. P. Cōio. Feci iudicium et iuſticiā dn̄e non calūniētur michi ſuperbi ad omnia mandata tua dirigebar omnē viā iniquitatis odio habui. Poſtcō.

Psal. cxviii

ADiuuēt nos dn̄e q̄s et hec myſteria ſctā q̄ ſūpſimꝰ: ⁊ btē priſce v̄ginis tue et martyris īterceſſio venerāda. P. ¶ Si feſtū alicuiꝰ ſcti. ix. lc. ab oct. epypha-

niuſq ad ſeptuageſimam: et ab
octa. paſche vſq ad pentecoſte ⁊ a
[illegible] vſq ad aduentū dñi
dñica ?tigerit fiat ſeruitiū de ipſo
ſctō. Proceſſio etiā in ipſa dñica:
fiat de ſctō cū ⁊. Verſus cū hyſto.
vel cū aliquo ℟. de hyſto. ipſius ſ
ppria habeatur. In redeūdo ſcili
cet ī introitu chori dicitur aliqua. an.
vel ℟. de ſancta maria cū ⁊. ⁊ ora
tione que tépori conueniant. Tamē
ſi fuerit maius duplex alicuius ſā
cti: tūc in eundo et redeundo, fiat
totum de ſancto. Dñica vero in=
fra octa. et in octa. aſſumptionis ⁊
natiuitatis beate marie, ſi dñica
fuerit in eundo de ſancta maria
dicitur in introitu chori de omni=
bus ſctis Saluator mundi an. Le
tamini in domino. Oro. Infirmi
tatē noſtrā. Qñ vero. an. Salua=
tor mūdi: ad primas veſperas:
tunc ad proceſſionē ante miſſam,
dr. an. Te glorioſus cū predictis
verſibus ⁊ orōnib⁹ de oībus ſctis

¶Sancti Wlſtani epiſcopi ⁊ con=
feſſoris. Ad miſſam. Officium.

Eccl. xlv. d

Statuit ei dominus te=
ſtamentū pacis, ⁊ prin=
cipē fecit eū: vt ſit illi ſa=
cerdotij dignitas in eter
num. Ps. Miſericordias domini
in eternum cantabo. Oratio.

Spiritū nobis dñe tue cari=
tatis infunde: vt intercedēte
btō Wlſtano cōfeſſore tuo atq pō
tifice: tuā mereamur dulcedinē in
eterna felicitate guſtare. Per dñm
In vnitate eiuſdē. Epla. Ecce ſa=
cerdos magnus qui in vita ſua,

[illegible] Dñe preueniſti eū
benedictionibus dulcedinis: poſu
in capite eius coronā de lapide pre
cioſo. Vitam petijt ⁊ tribuiſti e
longitudinē dierū in ſeculū ſecu
℣. Alla. ℣. Inueni dauid ſeruū
meum: oleo ſancto meo vnxi
Sequē. [illegible] cordis vna la
vt in cōi. fo. [illegible]. Euā. Homo qu
peregre. i cōi fo. xij. Offer. Ve
mea ⁊ mi ſa mea cū ipſo: ⁊ in nō
meo exaltabit cornu ei⁹. Secre

Suſcipe qs dñe ſupplicū
familie tue munus oblat
quod rea ſperare nō audet cōſci
tia: intercedēte beato Wlſtano t
nobis largiatur indulgentia. Pe
dñm. Cōio. Beat⁹ ſeruus quē cū
venerit dñs, inuenerit vigilan
amē dico vobis, ſuper omnia bo
na ſua conſtituet eum. Poſtcō.

Salutaris tui dñe myſter
ſatiati ſupplices īploram
clementiā tuā vt pro nobis ei⁹
deſit oratio: cuius nos donaſti
bernari patrocinio. Per domi

¶Sanctorum Fabiani et Se
ſtiani martyrum. Offici

Intret in conſpectu
dñe gemitus cōpedi
tū: redde vicinis noſt
ſeptuplum in ſinu eo
vindica ſanguinem ſanctorū tu
orū: qui effuſus eſt. Ps. Deus ve
nerunt gētes ī hereditatē tua
luerūt templū ſctm̄ tuū: poſue
hieruſalē ī pomorū cuſtodiā. Or

Deus qui beatos marty
res fabianū ⁊ ſebaſtian
virtute cōſtātie ī paſſione robo

eorum nobis imitationē tribuas pro amore tuo proſpera mundi deſpicere: ꝛ nulla eius aduerſa formidare. Per dñm. Epl'a. Sancti per fidē. vt in cōi fo. vij. Gr. Glorioſus de⁹ in ſanctis: mirabilis in maieſtate: faciens ꝓdigia. ℣. Dextera tua dñe glorificata eſt in virtute: dextera manus tua cōfregit inimicū. Alla. ℣. Sancti tui dñe benedicēt te: gloriā regni tui dicent. ¶ Si hoc feſ. ante. lxx. eueneat dr ſequētia de cōi. Si vero intra: nō dr Alla. nec ſequētia: ſed tract⁹ qd i oīb⁹ feſt. ix. lect. obſeruatur vſq ad paſſionē dñi. In fe. vero ſine regimine chori nunq̄ dicitur tract. ſed grad. repetat. In feſto autē dupl. tam infra paſſionem q̄ extra. dicit̄ tract⁹ niſi in feſtis purifica. ꝛ annūciationis beate marie: et dedicationis. Tract⁹.

QUi ſeminant in lachrymis: in gaudio metēt. ℣. Euntes ibant ꝛ flebant mittētes ſemina ſua. ℣. Venientes aūt veniēt cū exultatione: portātes manipulos ſuos. Euā. Deſcēdēs ieſus de mōte. in cōi fo. ix. Offr. Letamini in dño ꝛ exultate iuſti: ꝛ gloriamini omnes recti corde. Secreta.

ACcepta ſit i conſpectu tuo q̄s dñe nr̄e deuotionis oblatio: ꝛ eorū nobis fiat ſupplicatione ſalutaris: pro quorū paſſione defertur. Per. Cōio. Multitudo languentiū et qui vexabantur a ſpiritibus immundis veniebant ad eum: quia virtus de illo exibat et ſanabat omnes. Poſtcommunio.

SAcramentorum tuorū domine benedictione ſatiati: et beatorū martyrū tuorū fabiani et ſebaſtiani gl'ioſa cōfeſſiōe muniti te ſuppliciter exoram⁹: vt q hec eadē a cūctis vicijs emundemur. Per dñm. ¶ Sancte agnetis virginis ꝛ martyris. Officiū.

MEexpectauerunt peccatores vt perderēt me teſtimonia tua domine intellexi omnis cōſummationis vidi finem: latū mandatū tuū nimis. Ps. Beati imaculati i via: qui ambulāt in lege domini. Or.

Pſal. cxviij

OMnipotens ſempiterne deus: qui infirma mundi eligis vt fortia queq; confundas: concede propicius: vt qui beate agnetis martyris tue ſolennia colimus: eius apud te patrocinia ſentiamus. Per. Epiſtola. Confitebor. In cōmuni. fo. xvj. Gr. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te deus in eternum. ℣. Propter veritatem ꝛ manſuetudinem et iuſtitiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. Alleluya. ℣. Veni electa mea ꝛ ponam te in thronū meū: q2 cōcupiuit rex ſpeciē tuā. Seq̄. Exultem⁹. in cōi fo. xvi. Si infra. lxx. Tractus.

Pſal. xliiij. et oīa infra

DIffuſa eſt gr̄a in labijs tuis: ꝓpterea bñdixit te de⁹ i eternū. ℣. Specie tua ꝛ pulchritudine tua: intēde proſpere procede ꝛ regna. ℣. Propter veritatem et manſuetudinem et iuſtitiam: et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia et vide et iclina aurē tuã: q̃ cõcupiuit rex speciẽ tuam. Tra. Simile est regnũ celoꝝ ꝛc. In cõi fo. xlij. Offꝛ. Offerentur regi virgines post eã: pxime ei⁹ offerent tibi ĩ leticia ⁊ exultatione: adducent in tẽplũ regi dño. Secreta

Suscipe q̃s dñe sacrificiũ\ cuius te voluisti dignanter immolatione placari\ ⁊ presta: vt intercedente btã agnete virgine tua ⁊ martyre\ huius operatione mãdati: beneplacitũ tibi nr̃e mẽtis seruitiũ offeram⁹. Per. Cõio. Quinq̃ prudẽtes virgines acceperũt oleũ ĩ vasis suis cũ lãpadib⁹: media autẽ nocte clamoꝛ fact⁹ est: ecce spõs⁹ venit\ exite obuiã xp̃o dño. Postcõ. Mat. xxv. a

Diuino refecti libamine q̃s dñe de⁹ nr̃: vt intercedẽte btã agnete v̾gine tua ⁊ martyre presentis nobis vite subsidiũ\ et eterne tribuas reperire leticiã. P.

¶ Scti vincẽtij martyris. Offm.

Psal. lxiij. Letabitur iustus ĩ dño et sperabit in eo: ⁊ laudabũtur oẽs recti corde. P̃s. Exaudi de⁹ orationẽ meã cũ dep̃coꝛ a timoꝛe ĩimici eripe aĩam meã. Oꝛ. Ibid.

Adesto domine supplicationibus nostris: vt qui ex iniquitate nostra reos nos esse cognoscimus: beati vincentij martyris tui intercessione liberemur. Per. Epl'a. Beatus vir q̃ ĩ sapiẽtia. In cõi. fo. iiij. Gꝛ. Posuisti dñe super caput eius coronã de lapide precioso. ꝟ. Desideriũ aĩe ei⁹ tribuisti ei: et voluntate labioꝝ eius non fraudasti eũ. Alleluya. Letabitur Ps. xx. Ps. lxiij.

iustus in dño ⁊ sperabit in eo: ⁊ laudabũtur oẽs recti corde. Sequẽtia.

Stola iocũditatis all'a. Induit hodie dominus\ inuictum vincentiũ. Solito plau[...] alacrius\ cõcio leta fideliũ. Hodie martyr insignis: hostiam de[...] placentem obtulit. Hodie tormentum ignis grauiter examinatus\ pertulit. Animatus ad certamen monitu beati senis. Grauissimas nõ refugit: exhibere mẽbra penis. Ante ducẽ accersitur: et de fide conuenitur\ cõmunis ecclesie. Sed nõ cedit blandimentis\ emollitur nec tormentis: eius pertinacie. Ir[...] dacian⁹\ dũ sustinet martyr [...] penarũ angustias. Dat minist[...] ritatis\ hostib⁹ exuperatis: [...] copias. Furit igitur prefect⁹\ [...] ratur ardẽs lect⁹: insultatis [...] ca\ crates horrit aspera. Supat mar[...] tyr in agone\ spe mercedis et co[...] ne: q̃ datur fidelib⁹\ pro christo [...] tantib⁹. De cui⁹ militia: celi ga[...] det curia. Quia vicit hodie\ mi[...] stros nequicie. Ut hũc ergo pa[...] tronũ: cõsequamur vite donu[...] illius die festo: choꝛus noster le[...] esto. Iocundum in ecclesia de[...] tans alleluya. Si infra septuag[...] mam euenerit dicitur. Tract[...]

Desideriũ aĩe eius tri[...] ei: et voluntate labioꝝ [...] nõ fraudasti eũ. ꝟ. Quoniã pre[...] nisti eum in benedictione dulc[...] nis. ꝟ. Posuisti super caput ei⁹ [...] ronã de lapide precioso. Euang[...] Nisi granum frumenti. In cõi. fo[...] Offꝛ. Gloria et honore coron[...]

[illegible] conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Secreta.

Oblatis martyris tui vincentij dñe queſumus interuētione hoſtiã quã offerim⁹ tibi placitam effice\et acceptam. Per dñm. Cōio. Qui vult venire poſt me: abneget ſemetipſum et tollat crucē ſuã et ſequatur me. Poſtcō.

Beati vincētij martyris tui dñe hec ſuffragijs exorat⁹ per huius ſacramēti nos dñs virtute defende. Per dñm noſtrũ ihesũ. ¶ In conuerſione ſancti pauli. Officium.

Letemur omnes in domino\hodiernum diē ſolenniter celebrãtes in quo beat⁹ paulus conuerſione ſua preſentem mũdum decorauit. Ps. De declaratione ſancte predicationis ſue cõuerſione beati pauli. Or.

Deus qui vniuerſum mundum\beati pauli apoſtoli predicatione docuiſti da nobis queſumus\vt qui eius hodie conuerſionē colimus: per eius ad te exēpla gradiamur. Per. ¶ Memoria de ſancto preiecto martyre. Orō.

Sancti preiecti martyris tui nos qs domine interceſſio glorioſa commendet: vt quod noſtris actibus non meremur: eius precibus aſſequamur. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum.

Lectio actuum apoſtolorum.

In dieb⁹ illis. Saul⁹ adhuc ſpirans minarum et cedis in diſcipulos domini: acceſſit ad principem ſacerdotum: et petiit ab eo epiſtolas in damaſcũ ad ſynagogas. Vt ſi quos inueniſſet huius vie viros ac mulieres\vinctos perduceret in hieruſalē. Et cũ iter faceret: contigit vt appropinquaret damaſco. Et ſubito circũfulſit eum lux de celo: et cadens in terrã audiuit vocē dicentē ſibi. Saule\ſaule: quid me perſequeris? Qui dixit. Quis es dñe? Et ille. Ego ſum ieſus quē tu perſequeris. Durum eſt tibi cōtra ſtimulum calcitrare. Et tremens ac ſtupēs dixit. Dñe: quid me vis facere? Et dominus ad illum. Surge et ingredere ciuitatem: et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabãtur cum eo\ſtabant ſtupefacti: audientes quidē vocem\neminem autem videntes. Surrexit autem ſaulus de terra: apertiſq3 oculis\nichil videbat. Ad manus autē illum trahentes: introduxerunt damaſcũ. Et erat ibi tribus diebus nõ videns: et nõ manducauit neq3 bibit. Erat autē quidã diſcipul⁹ damaſci noīe ananias. Et dixit ad illũ in viſu dñs. Anania. At ille ait. Ecce ego dñe. Et dominus ad eum. Surge et vade in vicum qui vocatur rectus: et quere in domo iude ſaulum nomine tharſenſem: ecce enim orat. Et vidit virũ ananiã nomine introeũtē et imponētē ſibi man⁹: vt viſũ recipiat. Reſpondit autē ananias. Domine audiui a multis de viro hoc: quanta mala fecerit ſanctis tuis in hieruſalem: et hic habet poteſtatem a principibus ſacerdotũ alligandi oēs q̄ inuocāt nomē tuū. Dixit autē ad eū dñs. Uade: qm̄ vas electiōis michi est iste: vt portet nomē meū corā gētib9 ⁊ regibus ⁊ filijs israel. Ego eñ ostendā illi: quanta oporteat eū ꝑ noīe meo pati. Et abijt ananias / et introiuit i domū: et imponēs ei manus dixit. Saule frater dominus misit me iesus: qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas / et implearis spiritusancto. Et confestim ceciderūt ab oculis eius tanq̄ squame / ⁊ visum recepit. Et surgēs baptizat9 est: et cū accepisset cibum / confortatus est. Fuit autē cū discipulis qui erant damasci per dies aliquot. Et continuo ingressus i synagogas pdicabat iesum: qm̄ hic est filius dei. Stupebāt autē oēs qui eū audiebant: ⁊ dicebāt. Nonne hic est qui expugnabat in hierusalē / eos qui inuocabāt nomē istud: Et huc ad hoc venit: vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotū. Saulus autē multomagis conualescebat: et confundebat iudeos / q̄ habitabant damasci / affirmans: qm̄ hic est christus. Grad. Qui operatus est petro in apostolatū: operatus est et michi inter gētes: et cognouerunt gratiam dei / que data est michi. ℣. Gratia dei in me vacua non fuit: sed gratia eius semper in me manet. Alla. ℣. Magnus sanct9 paulus vas electiōis: vere digne est glorificādus. Sequētia.

Gal. ij. B

Eccl.

SOlemnitatem pauli deuo[illegible] est recolenda. Qui dñs

tanta ditauit gratia. Ut doc
gentiū: ab omnibus dicetur ecclesi
Agn9 de lupo: de persecutore eu
gelista. Mutata sunt opera m
tantur: a domino paulus nomina
tur: qui saulus ante dictus fuer
Instigatus furia / dirum bi
flabat strage seuissima mem
christi seuiēs torquebat. Lux e
rea: quem circūfulgens visu p
uat. Spiritalem sed ei intuitu
donat. Colaphizat eum / ne sup
biat. Sternit eum sed ruentem
leuat. Deiectum increpat. Incre
pans emēdat. Fidei doctrinam
mendat. Defensorē ecclesie or
nat. Impugnator qui prius ex
terat. Secreta mystica. Creden
uelat. Que homini loqui nō li
bat. Prius synagoga quē educa
cat. Postmodū letatur mater ec
sia. Mysteria. Que nouerat. P
totū iens orbē / predicat. Uenit r
mam: deum vnum annūciat. N
ro resistit: qui colebat ydola. M
te dira. Illū necat. Mundo expli
mittit ad astra. Quo nos deus m
serando perducat. Adiutos pre
pauli sancta. Alleluya. Uel ma

TUes vas electionis san
cte paule apostole: vere d
gne es glorificandus. ℣. Predica
tor veritatis et doctor gentium i
fide et veritate. ℟. Per te omn
gentes cognouerūt gratiā dei
Intercede pro nobis ad deū q
te elegit. Secūdum mattheum

IN illo tēpore: Dixit sim
petr9 ad iesum. Ecce nos reli
quimus omnia et secuti sumus te

quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis. Amen amen dico vobis: quod vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue: sedebitis et vos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Et omnis qui reliquerit domum vel fratres aut sorores aut patrem aut matrem aut uxorem aut filios aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet et vitam eternam possidebit. Credo. Offertorium. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Secreta.

Beati pauli apostoli tui precibus domine plebis tue dona sanctifica: ut que tibi grata sunt instituto gratiora fiant eius patrocinio supplicantis. Per dominum. Alia secreta de sancto preiecto.

Suscipe domine propicius orationem nostram cum oblationibus hostiarum super impositis: et sancti preiecti martyris tui deprecatione pietati tue perfice benignus acceptas. Prefatio. Et te domine. Communio. Amen dico vobis: quod vos qui reliquistis omnia et secuti estis me: centuplum accipietis et vitam eternam possidebitis. Postcommunio.

[illegible] mutati vel celesti mysterio quesumus omnipotens deus: ut qui hunc diem beati pauli apostoli tui conversione honorabilem habere voluisti: ipsos quoque conversos a viciis: tua semper facias servitute gratulari. Per dominum. Alia postcommunio de sancto preiecto.

Da nobis quesumus domine deus noster: ut sicut beati preiecti martyris tui commemoratione temporali gratulamur officio: ita perpetuo letemur aspectu. Per dominum.

Sancti iuliani episcopi. Officium.

Statuit ei dominus testamentum pacis et principem fecit eum: ut sit illi sacerdotii dignitas in eternum. Ps. Misericordias domini in eternum cantabo. Oratio.

Psal. lxxxviii.

Eccl. xlv. D

Deus qui ecclesie tue beatum iulianum mirabilem tribuisti doctorem: concede propicius: ut quem doctorem vite habuimus in terris: eum apud te pro nobis semper mereamur habere intercessorem. Per dominum. Epistola. Dedit dominus. In com. fo. [illegible]. Graduale. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. Non est inventus similis illi qui conservaret legem excelsi. Alleluia. Amavit eum dominus et ornavit eum: stola glorie induit eum. Evangelium. Vigilate quia nescitis. In com. fo. xij. Offertorium. Inveni david servum meum: et oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum. Secreta.

Eccl. xliiii B

Eccl. xlv.

Psal. lxxxviii.

Respice domine quesumus super hec que tibi offerimus: et beati pontificis iuliani meritis ab omnibus nos exue peccatis. Per dominum. Communio. Beatus servus quem cum venerit dominus invenerit vigilantem: amen dico vobis super omnia bona sua constituet eum. Postcommunio.

Mat. xxiiii D

Omnibus nos domine repleti sacramentis supplices deprecamur ut beati pontificis iuliani meritis nos dignos facias celestibus [illegible] tinuatis p. d. [illegible]

Psal. xliiii. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: adducētur regi virgines post eā: proxime eius adducētur tibi in leticia et exultatione. ꝟ. Eructauit cor meū verbum bonū: dico ego opera mea regi. Oratio. Ibid.

Deus qui nos annua beate agnetis martyris tue solēnitate letificas da vt quā veneramur officio: etiā pie cōuersationis sequamur exēplo. Per dñm. Epla. Qui gl'iatur. In cōi. fo. xvii. Gr. Psal. xliiii. Specie tua ⁊ pulchritudine tua intende pspere procede ⁊ regna. ꝟ. Propter veritatē ⁊ mansuetudinē ⁊ iustitiā ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ꝟ. Hec est virgo sapiens: quā dñs vigilantē inuenit. ¶ Si hoc fes. vel aliqđ aliud fes. ix. lc. infra lxx. vel ꝑ ad caput ieiunij euen. nō dr. Alla. post eplam nec tract. sed gr. cū suo ꝟ. tm̄. Euāg. Simile est regnū celorum decem. Mat. xiii. In cōi. fol. xviii. Offer. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Grata tibi sint q̄s domine munera nostra: quibus sācte agnetis virginis tue ⁊ martyris: magnifica solemnitas recensetur. Per dñm. Cōio. Simile est regnū celorū homini negociatori querenti bonas margaritas: inuēta vna preciosa margarita: dedit oīa bona sua ⁊ cōparauit eā. Postcōio.

Sumpta q̄s dñe scā mysteria nos interi⁹ exteriusq̄ tueātur: ⁊ intercedēte btā agnete martyre tua presentē nobis cōfe rāt clementiā ⁊ eternā. Per dñm.

¶ Sācte batildis regine. Offi.

Dilexisti iustitiam ⁊ odisti iniquitatem: propterea vnxit te deus de⁹ tu⁹ oleo leticie pre consortibus tuis. ꝟ. Eructauit cor meum verbū bonū dico ego opera mea regi. Gloria. Or.

Beate batildis natalicia veneranda dñe q̄s ecclesia tua deuota suscipiat: ⁊ fiat magne glorificationis amore deuotior: ⁊ tante fidei pficiat exēplo. Per. Epla. Sapientia vincit. In cōi. fo. xvii. Gr. Dilexisti iustitiā ⁊ odisti iniquitatē. ꝟ. Propterea vnxit te de de⁹ tu⁹ oleo leticie. Alla. ꝟ. Diffusa est grā ī labijs tuis: ppterea bñdixit te de⁹ in eternū. Euāg. Simile est regnū celorū thesau. In cōi. fo. xvi. Offer. Offerentur regi virgines post eā: proxime ei⁹ afferentur tibi ī leticia ⁊ exultatione adducētur ī tēplū regi dño. Secreta.

Ut hec munera tibi dñe accepta sint scē batildis obtineāt merita: q̄ seipsā tibi hostiā viuā: sanctā et beneplacentē exhibuit. Per dñm. Cōio. Diffusa est gratia ī labijs tuis: propterea benedixit te de⁹ in eternū. Postcō.

Refecti sanctimonia celesti q̄s pater q̄s pietatē tuā: vt intercessione sācte batildis regine supernā gratiā consequi mereamur. Per.

¶ Sācte brigide virginis. Offi.

Vultū tuū deprecabūtur diui

[illegible] precedentiu͂. Oratio.

Sancte brigide virginis tue dñe q̄s precatio tibi grata nos comitet: ⁊ tuā nobis indulgentiā poscere nō desistat. P d. Epla. Qui gloriat. In cōi. fo. xviij. Gr. Diffusa est grā ī labijs tuis: ꝓpterea bñdixit te deus ī eternū. ℣. Propter veritatē et māsuetudinē ⁊ iustitiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua\ītēde ꝓspere procede ⁊ regna. Euāg. Simile est regnū celoꝝ decē. In cōi. fo. xviij. Off. Offerent regi virgines post eā: proxime ei⁹ offerent tibi. Secr.

Sacrificijs dñe placat⁹ oblatis intercedēte btā brigide virgine tua opē tuā nobis q̄s tēporibus nr̄is clemēter īpēde. Per d. Cō. Quinq̄ prudētes virgines acceperūt oleū ī vasis suis cū lāpadib⁹: media autē nocte clamoꝛ factus est: ecce spōsus venit: exite obviā christo dn̄o. Postcōmunio.

Beate brigide virginis tue precib⁹ fidelib⁹ tuis dñe sūpta munera suffragent: et q̄ tibi placuit nobis imploꝛet auxilium. Per dominū.

¶ In purificatione btē marie virginis celebrata hoꝛa sexta fiat bñdictio luminis solēniter a pontifice vel a sacerd. cappa serica induto cū alijs indumentis sacerdotalibus super supremū gradū altaris cōuerso ad oꝛientē sic incipiente. Dn̄s vobiscū. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Bene✠dic dñe iesu christe hanc creaturā cerei supplicantibus nobis: ⁊ infunde ei per virtutē sctē crucis bñdictionē celestē: vt qui eā ad repellēdas tenebras humano vsui tribuisti: talē signaculo sctē crucis tue foꝛtitudinē ⁊ bñdictionē accipiat: vt quibuscūq̄ locis accēsa siue apposita fuerit discedat dyabolus ⁊ contremiscat ⁊ fugiat pallidus cū oībus ministris suis de habitationibus illis nec p̄sumat amplius inquietare\seruientes tibi. Qui cū deo patre ⁊ spiritu sancto viuis et regnas deus. Per oīa secula seculoꝝ. Amen. Et dicūt oēs oratiões cū Oremus. sub eodē tono. Non dicit Dominus vobiscū nisi ante primam oratione͂ tantū. Oratio.

Domine scte pater omnip̄s eterne deus q̄ oīa ex nichilo creasti: ⁊ iussu tuo per opa apū hūc liquoꝛē ad perfectionē cereoꝝ peruenire fecisti: ⁊ q̄ hodierna die petitionē iusti symeonis īplesti: te humiliter depꝛecamur vt has cādelas ad vsus hominū ⁊ sanitatē coꝛpoꝝ ⁊ aīaꝝ p̄paratas: siue in terra siue ī aquis per inuocationē sancti tui noīs tui: ⁊ ꝑ intercessionē sctē marie semꝑ virginis cuius hodie festa deuote celebrant\⁊ per p̄ces oīm scōꝝ tuoꝝ bn̄e✠dicere ⁊ sāti✠ficare digneris\vt hui⁹ plebis tue q̄ illas honoꝛifice in manib⁹ poꝛtare desiderāt: teq̄ laudādo exultare exaudias voces de celo sancto tuo\⁊ de sede maiestatis tue ⁊ ꝓpitius sis oīb⁹ clamantib⁹ ad te\quos redemisti p̄cioso sanguine filij tui. Qui tecū et cū spū scto viuit et gloriatur de⁹. Per oīa scla sclo⁊. Respondetur. Amen. Oremus. Oratio.

O Mnipotens sempiterne de⁹: q̄ hodierna die vnigenitū tuum vlnis sancti Symeonis in templo sancto tuo suscipiendū presentari voluisti: tuam supplices deprecamur clementiā: vt hos cereos quos nos famuli tui ī tui nominis magnificentia suscipientes gestare cupimus: luce accensos bene✠dicere ⁊ sancti✠ficare atq₃ lumine superne benedictionis accendere digneris: quaten⁹ eos tibi domino deo nostro offerendo digni: ⁊ sancto igne dulcissime tue claritatis succensi in tēplo scto glorie tue representari mereamur. Per eundē dn̄m nostrū iesum xp̄m filium tuum: qui tecū viuit ⁊ regnat ī vnitate spūssancti deus. Per omnia secula seculo⁊. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominū. Gratias agamus dn̄o deo nostro. Dignum est iustum est.

V Ere dignum ⁊ iustum est equū ⁊ salutare: nos tibi semp̄ ⁊ vbiq₃ grās agere: dn̄e scte pater oīps eterne de⁹. Fōs ⁊ origo totius luminis: q̄ mundū illustrasti lumine tue claritatis mittēdo nobis vnigenitū tuū p̄ vterū intemerate virginis. Et quem lōge ante p̄misisti p̄phetarū oraculis tēporibus nouissimis misisti lucē p̄plis sedentibus in tenebris. Te ergo dn̄e deprecamur: vt has cādelas nomini tuo preparatas tua benedictione vestire digneris: q̄ nos translatos a potestate tenebrarū in lucē dilecti filij tui ⁊ regnū. Per quē ortū est in tenebris lumen rectis corde ⁊ gaudiū salutis eterne. Et qui iusti Symeonis replesti expectatione: vt nō prius videret mortē q̄ eiusdē xp̄i filij tui visibilē incarnationē totius mundi lumē et salutē: nos lumine tue claritatis sic repleas: vt oēs infidelitatis tenebras a nobis repellas. Et sicut seruum tuū hodie dimisisti in pace sic nos in pace ecclesie tue scte digneris gubernare: vt portū quietis eterne valeam⁹ intrare. Quaten⁹ taliter vere lucis perfusi ibi in die examinis leti cū hymnidicis angelorū choris valeam⁹ videre faciē indefessi solis. Hic mutet vocē suā quasi legēdo. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate spūs scti de⁹. Per oīa scla sclo⁊. Rn̄det. Amen. Hic aspergant̄ cādele aqua bn̄dicta ⁊ thurificent̄. Deinde dr̄. Dn̄s vobiscum. Et cū spiritu tuo. Oremus. Oratio.

D Omine sancte pater oīps lumen indeficiens qui es conditor oīm luminū bn̄✠dic hoc lumen tuis fidelibus in honorem nominis tui portandū: quaten⁹ a te sctificati atq₃ benedicti lumine tue claritatis accēdamur ⁊ illuminemur: ⁊ propici⁹ cōcedere digneris: vt veluti eodē igne quōdā illuminasti moysen famulū tuū: ita illumines corda nr̄a et sens⁹ nr̄os quaten⁹ ad visionē eterne claritatis puenire mereamur. Per xp̄m. Rx̄. Amen. Oremus. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne de⁹ qui vnigenitū tuū ante tēpora de te genitum\ſed temporaliter de maria virgine incarnatū: lumen verū et indeficiens ad depellendas humani gñis tenebras\ ⁊ ad incendendū lumen fidei ⁊ veritatis miſiſti in mūdū: cōcede ppicius: vt ſicut exteri⁹ corporali: ita etiam interi⁹ lumine ſpirituali irradiari mereamur. Per eundem.

Peracta cādelarū bñdictiōe accendant cādele et diſtribuant\et incipiat cātor. aũ. Lumē ad reuelationē gētiũ. Nūc dimittis. tot⁹ ps dr̄ cum gloria patri. ⁊ poſt vnūquēqʒ vs̄ repetatur aũ. tota. Lumē ad reuelationē.

In purificatiōe btē ma. Offiũ.

Suſcepimus deus miam tuam in medio tēpli tui ſecundum nomen tuum deus: ita et laus tua in fines terre\iuſtitia plena eſt dextera tua. ps. Magnus dñs et laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri in monte ſancto eius. Oratio.

Omnipotēs ſempiterne deus maieſtatem tuam ſupplices exoramus: vt ſicut vnigenit⁹ filius tuus hodierna die cū nr̄e carnis ſubſtantia in templo eſt pſentat⁹: ita nos facias purificatis tibi mētibus preſentari. Per eundem do.

Lectio malachie prophete.

Hec dicit dñs de⁹. Ecce ego mitto angelū meū qui pꝑabit viā āte faciē meā. Et ſtatim veniet ad tēplū ſanctū ſuū dñator quem vos queritis: et angelus teſtamenti quē vos vultis. Ecce enim venit dicit dñs exercituū. Et quis poterit cogitare diē aduent⁹ eius? Et q̄s ſtabit ad videndū eū? ipſe enī quaſi ignis cōflans: et quaſi herba fullonū. Et ſedebit cōflans ⁊ emūdans argētū: ⁊ purgabit filios leui. Et colabit eos quaſi aurū ⁊ quaſi argētū: ⁊ erūt dño offerētes ſacrificia ī iuſtitia. Et placebit dño ſacrificiū iuda ⁊ hieruſalē ſicut dies ſecli: ⁊ ſicut ãni antiqui. Dicit dñs omnipotēs. Gr. Suſcepim⁹ de⁹ miam tuā ī medio tēpli tui: ſcdm nomē tuū dñe: ita ⁊ laus tua ī finem terre. V. Sicut audiuim⁹ ita ⁊ vidimus ī ciuitate dei noſtri\in mōte ſctō ei⁹. All'a. V. Adorabo ad tēplū ſcīm tuū: ⁊ cōfitebor nōi tuo. Psal. xlvij

Hac die hec ſequentia: licet infra lxx. hoc feſtū contigerit. Sequētia

Hac clara die turma feſtiua dat precomia. Mariā cōcrepādo: ſymphonia nectarea. Mūdi dña q̄ es ſola caſtiſſima virginum regina. Salutis cauſa vite porta atqʒ celi referta grā. Nam ad illā ſunt nuncia olim facta angelica. Aue maria grā dei plena per ſecula. Vs. precedēs ter dr̄ hac die tm̄. Mulierū pia agmina intra ſemꝑ bñdicta. Virgo ⁊ grauida mater intacta prole glīoſa. Cui cōtra maria hec reddit famina. In me quomodo tua iā fiēt nūcia. Viri nam nulla certe copula. Ex quo ac ſum nata ſū īcorrupta. Diua miſſa ita reddit affata. Flatu ſacro plena fies maria. Noua efferēs gaudia celo terre nati ꝑ exordia. Intra tui vteri clauſtra portās q̄ gubernat ethera

Oia q̄ dat corpoꝛa p̄stita. ¶ Tūc [illegible] iux [illegible] dicat. ¶ Tract.

Luce ii. C Nunc dimittis seruū tuum dn̄e: secundum verbū tuū in pace. ℣. Quia viderunt oculi mei salutare tuū. ℣. Quod parasti ante faciē omnium populoꝛum. ℣. Lumen ad reuelationē gentiū: et gloꝛiam plebis tue israel.

¶ Euangeliū. Secundū Lucam.

ii. C In illo tempoꝛe. Postq̄ impleti sunt dies purgationis marie secundū legē moysi tulerūt iesum in hierusalē vt sisterent eū domino sicut scriptū est in lege domini. Quia omne masculinū adaperiēs vuluā sanctū dn̄o vocabit. Et vt darēt hostiam secūdū quod dictū est in lege domini: par turturum\aut duos pullos columbaꝝ. Et ecce homo erat in hierusalem: cui nomē symeon: ꝛ homo iste iustus ꝛ timoꝛatꝰ expectās consolationē israel. Et spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat symeon a spiritu sancto: non visurū se mortē\nisi prius videret xp̄m dn̄i. Et venit in spū ī tēplū. Et cum inducerēt puerū iesū parētes eius\vt facerēt secundū cōsuetudinem legis pro eo: ꝛ ipse accepit eū in vlnas suas et benedixit deum ꝛ dixit. Nūc dimittis seruū tuū dn̄e: secūdū verbū tuū ī pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuū: quod parasti ante faciem omniū populoꝝ. Lumen ad reuelationem gentium: ꝛ gloꝛiam plebis tue israel. ¶ Credo. Offer. Dif

Psal. xliiii.

fusa est gratia in labiis tuis: p pterea benedixit te deus ī etern et in seculum seculi. ¶ Secreta.

Oblatio sūme omnipotens deus: vt sicut hodierna die munera venerāda filii tui oblatione cōsecratum: sic ipsiꝰ gloriose genitricis precibꝰ sempiterni luminis nobis claritas cōferatur. Per eūdem dn̄m. Prefatio. Quia per in carnati. Cōio. Responsum accepit symeon a spū scō: nō visurum se mortē\nisi videret xp̄m dn̄i. Po

Quesumꝰ dn̄e deꝰ nr̄: vt sacrosancta mysteria q̄ pro reparationis nostre munimine contulisti: intercedente beata semper virgine maria: ꝛ presēs nobis remediū esse facias ꝛ futurū. Per dn̄m.

¶ Sc̄i blasii epi ꝛ mar. Offi.

Sacerdotes dei bn̄dicite dominū: sc̄ti ꝛ humiles corde laudate deū. Ps. Bn̄dicite oīa opera dn̄i domino: laudate ꝛ superexaltate eum in secula. Oratio.

Beatꝰ martyr tuꝰ blasiꝰ nobis mie tue imploret auxiliū: vt cuiꝰ festa celebramꝰ: eiꝰ apud te patrocinia sentiamꝰ. Per.

Epl'a. Oīs pontifex. In cōi [illegible]

Alia poſtcōio de martyribus.

Sumptis dñe muneribꝰ ſacris tribus queſumus: ut ad eadē appetēda\ ſanctorū martyrū tuorū alexandri\ euentij\ et theodoli precibus et exemplis promptius incitemur. Per dñm.

Johannis ante portā latinā. Officiū.

Eccl. xv. C. In medio eccleſie aperuit os eius: et impleuit eum dominꝰ ſpiritu ſapientie et intellectus: ſtola glorie īduit eum. Ps. Jocunditatem et exultationē: theſaurizauit ſuper eum. Oratio

Deus qui conſpicis q̄ nos vndiq; mala noſtra perturbant: preſta queſumus: ut beati iohannis apoſtoli tui et euangeliſte intercesſio glorioſa nos protegat. Per dominum noſtrum.

Lectio libri ſapientie.

Eccl. A. Qui timet deum: faciet bona. Et qui cōtinens eſt iuſtitie\ apprehendet illam: et obuiabit illi quaſi mater honorifica[illegible] Cibabit illum pane vite et intellectus: et aqua ſapiētie ſalutaris potabit illum. Et firmabitur in illo\ et non flectetur: et continebit illum\ et non confundetur: et exaltabit illum apud proximos ſuos. In medio eccleſie aperuit os eius et implebit eum dominus ſpiritu ſapientie et intellectus\ et ſtola glorie induit eum. Jocunditatem et exultationem theſaurizauit ſuper eum. Et nomine eterno hereditabit illum: dominus deus noſter. Alleluya. ℣. Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibebit de his: et ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius. Sequentia.

Laus deuota, In commun. fol. [illegible]

Secundum Johannem.

In illo tempore. Dixit ieſus petro. Sequere me. Conuerſus petrus vidit illum diſcipulum quem diligebat ieſus ſequentem: qui et recubuit in cena ſupra pectus eius: et dixit. Domine quis eſt qui tradet te? Hunc ergo cum vidiſſet petrus: dixit ieſu. Domine: hic autem quid? Dicit ei ieſus. Sic eum volo manere donec veniam. Quid ad te? Tu me ſequere. Exijt ergo ſermo iſte inter fratres: q̄ diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei ieſus quia non moritur: ſed ſic eum volo manere donec veniam quid ad te. Hic eſt diſcipulus ille\ qui teſtimonium perhibet de his: et ſcripſit hec. Et ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius. Credo.

Juſtus vt palma florebit: drus que in libano eſt multiplicabitur alleluya. Secreta.

Munera nos dñe beati iohānis apoſtoli tui & euāgeliſte ſonitas ſua celebrare myſterijs: t que predicauit\ & credamus pa r et ſequamur. Per dominū. nio. Et te dñe Cōio. Exijt ſer inter fratres\ q diſcipulus ille n moritur: et non dixit ieſus n moritur: ſed ſic eum volo ma donec veniam. Poſtcōmunio.

Refecti domine pane celeſti: intercedente beato ionne apoſtolo tuo & euāgeliſta: d vitam queſumus nutriamur ernam. Per dominum noſtrū.

ancti iohannis de Beuerlaco piſcopi & confeſſoris. Officium.

Statuit ei dominus teſtamentum pacis\ & principem fecit eum: vt ſit illi dotij dignitas in eternum. Miſericordias domini: i eter cantabo. Oratio.

Da queſumus omnipotens deus: vt beati iohannis ſſoris tui atq pontificis veranda ſolennitas: et deuotio nobis augeat et ſalutē. Per minū. Epiſtola. Juſtum deduIn cōi. fol. xij. Alleluya. V. mauit eum dominus & ornauit ſtola glorie induit eum. Sentia. Adeſt nobis dies alma. oi. fo. xj. Euā. Ego ſū vitis. In fo. j. Offer. Veritas mea & miſericordia mea cū ipſo: & i nomine exaltabit cornu eius. Secreta.

Reſpice q̄ſum⁹ dñe munera populi tui\ vt beati iohānis confeſſoris tui atq pontificis honore oblata\ & tue teſtificatio veritatis\ nobis proficiat ad ſalutem. Per do. Cōio. Fidelis ſeruus & prudens\ quem conſtituit dñs ſup familiā ſuā\ vt det illis in tēpore tritici menſurā. In tpe paſc. All'. p'c. Mat. xxiiij. D.

Quos tuis dñe reficis ſacramentis\ ſancti iohānis cōfeſſoris tui atq pontificis attolle benignus ſuffragijs: vt noſtre redēptionis effectum & myſterijs capiam⁹ et moribus. Per dominū.

¶ Sanctorum gordiani & epimachi. Ad miſſam. Officium.

Sancti tui dñe bñdicent te: gloriā regni tui dicēt alla. Ps. Exaltabo te de⁹ meus rex: & benedicā nomini tuo i ſeculū & in ſeculū ſeculi. Oratio. Pſal. cxliiij

Da q̄ſum⁹ oīps deus: vt qui btōrū martyrū tuorū gordiani & epimachi ſolēnia colim⁹: eorū apud te interceſſionibus adiuuemur. Per dominū. Epla. Juſtorū anime. In cōi. fo. vij. Alla. V. Sancti tui dñe florebunt ſicut liliū: & ſicut odor balſami erūt ante te. Euāg. Ego ſū vitis\ vos palmites. in cōi. fo. j. Offer. Mirabilis de⁹ in ſctis ſuis de⁹ iſrael: ipſe dabit virtutē et fortitudinē plebi ſue bñdict⁹ deus alla. Secreta. Eccl. Pſal. lxvii.

Oblata tibi dñe de⁹ noſter: vt ſicut in cōſpectu tuo mors eſt precioſa ſctōrum ita eorū merita venerantiū\ accepta tibi reddatur oblatio. Per. Cōio. Juſtorū aīe in [illegible] nã tãgat illos tormentũ [illegible] visi sunt oculis insipientiũ mori: illi autem sunt in pace.

B[illegible] e stationibus [illegible] eo quo ad [illegible] cũ gaudijs recolere. Per dominũ.

¶ Sanctorũ nerei ⁊ achillei/atq; pancracij martyrum. Officium.

Psal. xxxii

Ecce oculi domini super timentes eum sperantes in misericordia ei⁹ alleluya: vt eripiat a morte animas eorũ quoniã adiutor: et protector noster est: alleluya alleluya.

ibidẽ.

Ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Semper nos domine sanctorum martyrum tuorũ nerei et achillei/atq; pãcracij foueat quesumus beata solennitas: et tuo dignos reddat obsequio. Per dominum. Epistola. Justi autẽ in perpetuum. In cõi fo. viij. Alleluya. ℣. Vox exultationis ⁊ salutis: in tabernaculis iustorũ.

Psal. cxvii.

Euã. Ego sum vitis vos palmi. In cõmuni. fo. j. Offꝫ. Confitebuntur celi mirabilia tua domine: et veritatem tuam in ecclesia sanctorum: alleluya alleluya. Secreta.

Psal. lxxxviii.

Sanctorum martyrum tuorũ nerei/et achillei/atq; pãcracij/tibi domine grata cõfessio/et munera nostra commendet: et tuam nobis indulgentiam semper imploret. Per dominum nostrũ. Communio. Gaudete iusti in domino alleluya: rectos decet collaudatio alleluya. Postcommunio.

Psal. xxxii

Quesumus dñe de⁹ nost
vt sanctorũ martyrũ tuo
nerei/⁊ achillei/atq; pancracij de
precationib⁹ sacramẽta sancta q̃
sumpsim⁹: ad tue nobis proficia
placationis augmentũ. Per do
¶ Sancti dunstani episcopi et co
fessoris. Dunstani. Offici
Sacerdotes tui domi
ne induant iustitia
⁊ sancti tui exulten
propter dauid seruu
tuum: nõ auertas fa
ciem christi tui all'a. Ps. Meme
domine dauid: et omnis mansu
tudinis ei⁹. Cantus de Kyrie fo
splẽdens. sine ℣. Oratio
Deus qui beatũ dunstanũ
pontificẽ tuum ad regn
transtulisti celestia: da nobis p
gloriosa eius merita: ad gaudi
transire perẽnia. Per dominum
¶ Memoria de sancta potentia
na virgine. O
Concede nobis quesum
omnipotens deus/ sancte
potentiane virginis tue: ⁊ exulta
re meritis: et beneficiorum eius
attolli suffragijs. Epistola. Ecce
sacerdos magnus q̃ in dieb⁹ suis
pla. In cõi fo. xj. Grad. Jurauit
domin⁹ et non penitebit eum: tu
es sacerdos in eternum secundum
ordinem melchisedech. Alleluya
℣. Posui adiutoriũ super potente
et exaltaui electum de plebe mea
Sequentia. Alma cohors. Euã.
Homo quidam peregre. In cõ
fo. xij. In tempore paschali. Ego
sum vitis vera. In cõmuni. fo. j.

Offm. Inueni dauid seruū meū: oleo sancto vnxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei ⁊ brachiū meū confortabit eum. In tempore paschali. Alleluya. Secreta.

Suscipe quesum⁹ dñe munera supplicantis familie tue: que tibi in beati dunstani cōfessoris tui atq; pōtificis solennitate deferimus: precantes: vt eius patrocinio venerando adiuti: defendi mereamur ab omnium inimicorum insidijs. Per dominum. ¶ Alia secreta de sctā potentiana.

Oblata hec dñe tua benedictione sanctifica: vt sancte potentiane virginis tue tibi meritis accepta sint in cuius sūt veneratione oblata. Per. Cōio. Domine quinq; talenta tradidisti michi ecce alia quinq; superlucratus sum: euge serue fidelis: quia in pauca fuisti fidelis: supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. In tēpore paschali. Alleluya. Postcōmunio.

Beati dunstani confessoris tui atq; pontificis quesumus domine precatione nos adiuuari: cuius veneratione/ tua consumpsimus sacramenta. Per. ¶ Alia postcōmunio de sancta potētiana.

Sumptis dñe salutis eterne mysterijs q̄sumus: vt intercedente beata potētiana virgine tua: ita nos tuis vti facias sacramentis: vt eternis mereamur interesse conuiuijs. Per dominū nostrum. ¶ Sancti aldelmi episcopi et confessoris. Officium.

Statuit ei dominus testamentū pacis/ et principem fecit eū: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternum. In tempore paschali. Alleluya alleluya. Ps. Misericordias domini in eternū cantabo. Oro.

Eccl. xlv. D

Psal. lxxxviij.

Deus qui hodierna die sanctū pontificem tuū aldelmum ad eterna subleuasti gaudia: ei⁹ q̄s meritis/ illic tua nos perducat gr̄a. Per dñm. ¶ Memoria de sancto vrbano martyre. Oro.

Da quesumus omnipotens deus: vt qui beati vrbani martyris tui atq; pontificis natalicia colimus: eius interuentu nobis tribue veniam peccatorū/ ⁊ cū ipso celestiū gaudia premiorum. Per. Ep̄la. Iustū dedu. In cōi. fo. xiiij. Gr. Domine preuenisti eū in benedictionib⁹ dulcedinis: posuisti in capite eius coronā de lapide precioso. V. Vitā petijt ⁊ tribuisti ei: longitudinem dierū in seculum seculi. Alla. V. Iustus germinabit sicut liliū: ⁊ florebit in eternū ante dñm. Sequentia. Adest nobis. In cōi fo. xij. Euāg. Vigilate qz. In cōi. fo. xij. In tēpore pascha. Euang. Ego sum vitis vera. In communi. fo. j. Offerto. Veritas mea et misericordia mea cū ipso: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. ¶ In tempore paschali. Alleluya. Secreta.

Ps. xx.

Osee xiiij.

Psal. lxxxviij.

Hijs tibi precibus domine nostra quesum⁹ grata reddatur oblatio: pro cuius festiuitate est immolata. Per dominum.

¶ Alia ſecreta de ſancto vꝛbano.

Munera dñe queſumꝰ tibi dicata ſanctifica: ⁊ intercedente btō vꝛbano martyꝛe tuo atq; pontifice: per hec eadē nos placatus intēde. Per. Cōio. Beatꝰ ſeruꝰ\ quē cū venerit dñs inuenerit vigilantē: amen dico vobis ſuper omnia bona ſua conſtituet eū. In tēpoꝛe paſchali. Alla alla. Poſtcōio

Mat. xxiiii. D

Solennitatem q̄s dñe ſācti pontificis aldelmi celebꝛātibus adeſto propiciꝰ: ⁊ nobis eiꝰ meritis\ concede gaudia vite celeſtis. Per dominum noſtrum.

¶ Alia poſtcōio de ſancto vꝛbano.

Sumentes dñe ſacramenta celeſtia\ pietatem tuā humiliter deuote depoſcimus: vt illā q̄ in beato vꝛbano martyꝛe tuo atq; pōtifice flagrauit foꝛtem dilectionem: nobis benignꝰ aſpires. p̄ d̄.

Sc̄i auguſtini āgloꝝ apl̄i. Offm̄

Pſal. xci.

Sacerdotes dei benedicite dñm ſcti ⁊ hūiles coꝛde laudate deum. In tēpoꝛe paſchali. Alla alla. Ps. Benedicite omnia opa dñi dño: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Oꝛo

Deus qui beatū auguſtinū pōtificem primum doctorem populo cōceſſiſti angloꝝ: tribue nobis queſumus: vt cuius merita predicamꝰ in terris: eius ſuffragia apud te ſentiamus in celis. Per dñm. Epiſtola Dedit dñs. In cōi. fo. xiij. Gr. Ecce ſacerdos magnus: q̄ in diebꝰ ſuis placuit deo. V. Non eſt inuentꝰ ſimilis illi: qui

Eccl. xliiii. C

conſeruauit legem excelſi. Al
V. Amauit eū dñs ⁊ oꝛnauit eū
ſtā gloꝛie induit eū. Seqn̄. Alm
cohoꝛs. In cōi. fo. xii. S. Luca

In illo tēpoꝛe. Deſignau
dominꝰ ⁊ alios ſeptuagin
duos et miſit illos binos ante
ciem ſuā\ i oēm ciuitatē ⁊ locū
quo erat ipſe venturꝰ. Et dic
illis. Meſſis quidē multa: ope
rij autem pauci. Rogate ergo
meſſis: vt mittat operarios i m
ſem ſuā. Ite. Ecce ego mitto
ſicut agnos īter lupos. Nolite
go poꝛtare ſacculū\ neq; perā\
q; calciamenta: et neminem p
ſalutaueritis. In quācūq; dom
traueritis: primū dicite. Pax
domui. Et ſi ibi fuerit filiꝰ pac
requieſcet ſup illū pax vr̄a. Si
tē ad vos reuertetur. In eadē
domo manete\ edētes et bibēte
apud illos ſūt. Dignꝰ eſt eni
rariꝰ mercede ſua. In tpe paſ
Euā. Ego ſum vitis vera. In
fo. j. Credo. Offr. Inueni d
ſeruū meū: et in oleo ſancto
eū: manꝰ enim mea auxiliabit
et bꝛachiū meum cōfoꝛtabit
In tēpoꝛe paſchali. Alla. Se

Oblata tibi ſint dñe q̄ſum
oblata munera: q̄bꝰ ⁊ be
ti auguſtini cōfeſſoꝛis tui atq;
tificis merita veneramur: et
pariter recolimꝰ inſignia libe
tis ⁊ vite. Per dñm. Cōio. Fidel
ſeruus et prudens\ quē conſtitu
dñs ſuper familiā ſuā vt det ill
in tempoꝛe tritici menſurā. In tp
paſchali. Alla alla. Poſtcōi

Sanctifica q̄s dñe que pro beati augustini confessoris atq; pontificis hodierna solemnitate libauimus\ nos restauret: qui iugiter fatiemur: et semꝑ desideremus expleri. Per. ¶ Sancti Germani epi et confessoris. Offi.

Statuit ei dominus testamentum pacis\ et principem fecit eum: vt sit illi sacerdotij dignitas in eternū. In tpe paschali alla alla. Misericordias dñi: i eternū cātabo. Or.

Omnipotens sempiterne deus: qui nos beati germani cōfessoris atq; pontificis hodierna festiuitate letificas: tuā supplices exoramus clementiam: vt cuius solennia deuotis officijs veneramur\ eius pijs suffragijs eterne vite remedia consequamur. Per. Epla. Ecce sacerdos magnus q̄ i diebus suis i cōi.fo.xl. Gr. Iurauit dñs et non penitebit eū: tu es sacerdos in eternū secundū ordinē melchisedech. V. Dixit dñs dño meo sede a dextris meis. Alla. V. Disposui testamentū electis meis: iuraui dauid seruo meo. Euāg. Homo quidā peregre, in cōi.fo.xij. In tēpore paschali. Euāg. Ego sū vitis vera. In cōi.fo.j. Offer. Veritas mea et mīa mea cum ipso\ et i nomine meo exaltabitur cornu eius. In tpe paschali. Alla. Secreta.

Propitiare domine q̄sum9 supplicationib9 nostris: et intercedēte pro nobis btō germano confessore tuo atq; pontifice: nos sacramentis celestibus secuntes\ ab omni culpa liberos esse concede: vt purificante nos grā tua: eisdem quibus famulamur mysterijs emundemur. Per dñm. Cōio.

Beatus seruus quē cū venerit dñs inuenerit vigilātē: amē dico vobis super oīa bona sua constituet eū. In tēpore paschali alla alla. Postcōio. Mat. xxiiij. D

Presta quesumus dñe deus noster: vt diuinis mysterijs expiati\ intercedente btō germano cōfessore tuo atq; pontifice: ad superni plenitudinē sacramenti cuius libauimus sancta\ tendamus. Per dñm. ¶ Sancte petronille virginis. Ad missam. Offi.

Dilexisti iustitiā et odisti iniquitatē: ppterea vnxit te deus deus tu9 oleo leticie pre cōsortibus tuis. In tpe paschali. alla alla alla. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi. Oratio. Psal. xliiij.

Deus q̄ btē petronille virginis tue animā i celestib9 collocasti: fac nos ei9 interuentu a peccatorū nostrorū nexib9 solui\ et ab oī semper aduersitate defendi. Per. Epla. Qui gloriatur. In cōi fo.xvij. Gr. Dilexisti iustitiam et odisti iniqtatē. V. Propterea vnxit te de9 de9 tu9 oleo leticie. Alla. V. Specie tua et pulchritudine tua intende prospere procede et regna. Euāg. Simile est regnū celorū decē virginib9. in cōi fo.xviij. Offer. Offerentur regi virgines post eā\ proxime eius offerentur tibi. In tpe paschali. Alleluya. Secreta. Psal. xliiij. Ibid.

D

Sacrificium quod tue offerimus maiestati\ clementissime deus placatꝰ suscipe: et ꝑ merita beate petronille gloriose virginis tue: presentis vite subsidiū\ et future felicitatē cōcede. Per. **Ibid.** Coio. Diffusa est grā i labiis tuis: ppterea benedixit te deꝰ in eternū. In tpe paschali alleluya alla. Postcōio.

Repleti dñe salutaribus alimentis: q̄s vt intercedēte beata petronilla virgine tua: ꝑ hec pcipere ad gaudia mereamur eterna. Per dñm. ¶ Sancti nicomedis martyris. Officium.

Psal. lxiii. Letabitur iustus in dño et sperabit in eo: et laudabūtur oēs recti corde. In tpe pasc. alla alla. ps. Exaudi deꝰ orationē meā cū deprecor: a timore inimici eripe aīam meā. Oro.

Deus q̄ nos bti nicomedis martyris tui meritis et intercessione letificas: cōcede ppitius vt q̄ eiꝰ bñficia poscimꝰ\ dono tue grē cōsequamur. Per. Epl'a. Beatus vir q̄ i sapiētia. in cōi. fo. iiii. Gr. **Psal. cxi.** Beatus vir q̄ timet dñm: in mādatis eius cupit nimis. V. Potēs in terra erit semen eius: generatio rectorū benedicetur. Alleluya. V. **P. xx.** Posuisti dñe super caput eius: coronam de lapide precioso. Euāg. Si quis vult post me. in cōi. fo. v. In tpe pascha. Ego sum vitis vera. in cōi. fo. i. **ibidē** Offer. In virtute tua dñe letabitur iustꝰ: et sup salutare tuū exultabit vehemēter: desideriū aīe eius tribuisti ei. In tpe paschali. Alleluya alla. Secreta.

Munera dñe oblata sctifi et intercedente beato ni mede martyre tuo\ nos per he petōꝝ nostrorū maculis emūd Per. Coio. Posuisti dñe in capi eiꝰ coronā de lapide pcioso. Po

Supplices te rogamꝰ om deꝰ: vt quos tuis reficis sa cramentis: intercedente beato ni comede martyre tuo: tibi etiā pla citis moribus dignanter deser re concedas. Per. ¶ Sanctoru marcellini et petri marty. Offi

Clamauerūt iusti/ et dn minus exaudiuit eos ex omībꝰ tribulationibu eorū liberauit eos. In tpe pas. alla. ps. Bñdicā dñm i om pore: semꝑ laus eiꝰ i ore meo. Or

Deus q̄ nos annua beatoꝝ martyꝝ tuoꝝ marcellini et petri solēnitate letificas: pst vt quoꝝ gaudemꝰ meritis\ cemur exēplis. Per dñm. Lectio libri apocalypsis bti iohānis apl

In diebus illis. Respond vnus de seniorib9: dixit m chi. Hi qui amicti sūt stolis albis: qui sunt/ et vnde venerūt? Et dixi illi. Dñe mi tu scis. Et dixit mi chi. Hi sunt qui venerunt de tribu latione magna: et lauerunt stola suas et dealbauerunt eas in san guine agni. Ideo sunt ante thro num dei et seruiunt ei die ac noct in tēplo eiꝰ\ et qui sedet in thron habitabit sup illos. No esurient neq̄ sitient ampliꝰ: neq̄ cadet sup illos sol\ neq̄ vllꝰ estus. Quonia agnus q̄ in medio throni est: reget

... perducet eos ad vite fontes aquarū. Et abſterget deus omnē lachrymā ab oculis eorū. Gr. Iuſtorū aīe in manu dei ſūt: ⁊ nō tāget illos tormentū malicie. V. Viſi ſunt oculis inſipientiū mori: illi autē ſunt in pace. Alla. V. Mirabilis dñs noſter ī ſctis ſuis. Euā. Cum audieritis. In cōi. fo. ix. In tpe paſchali Euā. Ego ſum vitis vos palmi. In cōmuni. fo. j. Offer. Letamini in domino et exultate iuſti: et gloriamini omnes recti corde. In tēpore paſcha. Alla. Secr.

Votiua dñe dona deferētes: ī tuorū martyrū marcellini et petri paſſione\ tuam magnificētia veneramur: ⁊ per ea nobis imploramus tue pietatis auxiliū. Per dn̄. Cōio. Iuſtorū aīe in manu dei ſūt: ⁊ nō tāget illos tormētū malitie\ viſi ſūt oculis inſipientiū mori: illi autē ſunt ī pace. In tpe paſch alla alla. Poſtcōio.

Protegat dñe q̄s pplm̄ tuū et participatio celeſtis indulta cōuiuij: ⁊ deprecatio collata ſanctorū. Per d. ¶ Sancti bonifacij ſociorumq̄ eius. Officium.

Sancti tui dñe benedicēt te: gloriā regni tui dicēt alla. ps. Exaltabo te deus meus rex: ⁊ benedicam nomini tuo in ſeculum et in ſeculū ſeculi. Orō.

Omnipotens ſempiterne deus: q̄ beato bonifacio ſocijſq̄ eius palmā martyrij contuliſti: p̄ſta nobis q̄s eorum meritis indulgentiā: q̄ eis largiri dignatus es coronā. Per. Epla. Spectaculum in cōi. fol. vij.

Gr. Clamauerunt iuſti\ ⁊ dominus exaudiuit eos: ⁊ ex oībus tribulationib' eorū liberauit eos. V. Iuxta eſt dñs his qui tribulato ſūt corde: ⁊ humiles ſpū ſaluabit. Alla. V. Sancti tui domine florebunt ſicut liliū: ⁊ ſicut odor balſami erūt ante te. Euāg. Cū p̄ſequētur. ī cōi fol. viij. In tēpore paſchali. Euā. Ego ſum vitis\ vos palmi. in cōi. fo. j. Offer. Cōfitebūtur celi mirabilia tua dñe etenī veritatē tuā in eccleſia ſanctorū alla alla. Secr. Pſal. xxxi. Pſal. lxxxviij.

Oblationem famulorū tuorum ſuſcipe oīpotens de' quam tibi ſuppliciter deferimus ī honore beati bonifacij martyris ſociorūq̄ ei': vt q̄ tibi ſemetipſos obtulerūt hoſtiā laudis in odorem ſuauitatis\ eorū precib' vniti mereamur vnigenito filio tuo dño nr̄o ieſu chriſto. Qui tecū. Cōmunio. Gaudete iuſti in dño alla: rectos decet collaudatio alla alla. Pcō. Pſal. xxxij.

Tua nos mīa de' per hec ſacramēta q̄ ſumpſim' (intercedente beato bonifacio martyre tuo ſocijſq̄ ei') et ab oī ſurreptione vetuſtatis expurget: ⁊ capaces ſancte nouitatis efficiat. Per dominum. ¶ Sanctorum medardi et gildardi epiſcoporum. Offi.

Sacerdotes eius induā ſalutari: ⁊ ſancti ei' exultatione exultabūt. In tempore paſchali. Alleluia. ps. Memento domine dauid: et omnis manſuetudinis eius. Orō. Pſal. cxxxi.

Deus q̄ ſanctā nobis huius diei ſolemnitatē in honore

sanctorū cōfessorū tuorū atqꝫ pon-
tificū medardi et gildardi cōlecta
sollēnitate familie tue precib⁹\ a do-
nis ut quorū festa celebramus: eo-
rū merito et auxilio subleuemur.
Per dn̄m. Epl'a. Plures facti sunt. ibidē
in cōi. fol. xv. Grad. Sacerdotes
eius induam salutari: et sancti eius
exultatione exultabunt. ℣. Illuc
producam cornu dauid: paraui lu-
cernam christo meo. Alleluia. ℣. Sap.
Fulgebunt iusti\ et tanq̄ scintille iii. A
in arūdineto discurrēt in eternū.
Euange. Sint lumbi. in cōi. fo. xv.
In tēpore paschali. Euange. Ego
sum vitis\ vos palmi. In cōi. fo. j.
Offer. Exultabūt sancti in gloria Psal.
letabuntur in cubilibus suis\ exul- cxlix.
tationes dei in faucibus eorū. In
tēpore paschali. All'a all'a. Secr.
Benedic pie dn̄e q̄sumus popu-
lum tuū ad tua sacramēta
currentē\ et presentem festiuitatē
sanctorum cōfessorum tuorū atqꝫ
pontificum medardi et gildardi:
ut quod i honore nominis tui de-
tulerūt\ cūctis proficiat ad veniā.
Per dn̄m. Cōīo. Ego vos elegi de Joh.
mundo ut eatis ⁊ fructū afferatis: xv. C
et fructus vester maneat. In tem-
pore paschali. All'a all'a. Postcōio.
Gratias tibi agim⁹ domi-
ne deus noster\ q̄ nos celesti
medela reparare dignatus es: da
quesumus [illegible] veniā
sicut beatis confessoribus tuis atqꝫ
pontificibus medardo et gildardo
dedisti sedē pontificalē. Per dn̄m.
¶ In translatione sancti edmun-
di [illegible] Officiū.

Gaudeamus oēs in dn̄o
diem festum celebrātes
sub honore edmundi pre-
sulis: de cuius trāslatio-
ne gaudent angeli\ et collaudant
filiū dei. Ps. Exultate iusti in dn̄o:
rectos decet collaudatio. Oratio.
Deus qui nos bti edmundi
cōfessoris tui atqꝫ pōtifi-
cis trāslationē celebrare cōcedis:
te supplices exoram⁹: ut ei⁹ meri-
tis ⁊ precibus\ a vitiis ad virtutes:
⁊ a carcere trāsferamur ad regnū.
Per. ¶ Memoria de martyribus
primo et feliciano. Oratio.
Fac nos q̄s dn̄e sanctorum
martyrū tuorū primi et fe-
liciani semper festa sectari: quorū
suffragiis protectionis tue dona
sētiam⁹. Per dn̄m. Epl'a. Ecce sa-
cerdos magn⁹ qui in vita sua. in
cōi. fo. xi. Grad. Dn̄e preuenisti eū i be-
nedictionibus dulcedinis: posui-
sti i capite ei⁹ coronā de lapide pre-
cioso. ℣. Vitā petiit ⁊ tribuisti ei\
lōgitudinē dierū i sc'lm sc'li. Alla.
℣. Hic edmūd⁹ pauꝑ ⁊ modic⁹ ce-
lū diues igredit: hymnis celestib⁹
honorat. Sequētia. Alma cohors.
i cōi. fo. xij. Euā. Homo qdā pere-
i cōi fo. xij. In tēpore pas. Euange.
Ego sum vitis vera. in cōi. fol. j.
Offer. Veritas mea ⁊ mia mea cū
ipso: ⁊ i noīe meo exaltabit cornu
eius. In tpe pascha. All'a. Secr.
Deus qui panem ⁊ vinum
in corpus tuum et sanguinē
tuum benedictione conuertis: cō-
cede nobis per merita beati edmun-
di confessoris tui atqꝫ pontificis

[illegible] tuā in miſericordiam [illegible] tuo beneplacito poſſideamus. Per dñm. Alia ſecreta de marty.

Hec tibi dñe q̄s hoſtia ſacrāda placabilis precioſorum celebritate martyꝝ tuoꝝ primi ⁊ feliciani: que per eoꝝ merita precioſa\ et pctā noſtra purificet: et eoꝝ tibi vota cōciliet famuloꝝ. Per. Cōio. Beatus ſeruus quem cum venerit dñs īuenerit vigilantem: amen dico vobis\ ſuper omnia bona ſua cōſtituet eū. In tpē paſchali. Alleluya alla. Poſtcōio.

Deus q̄ beatū edmundū cōfeſſorem tuū atq; pōtificē a ſupplicijs ad gaudia tranſtuliſti: tribue q̄s vt q̄ trāſlationē eius veneramur in terris\ per eius patrociniū ad celeſtia trāſferamur. Per. Alia poſtcō. de martyribus.

Queſumus ōps de⁹: vt ſctōꝝ martyꝝ tuoꝝ primi ⁊ feliciani celeſtib⁹ myſterijs celebrata ſolennitas\ indulgentiā nobis tue propitiationis acquirat. Per.

¶ Sancti barnabe apl̄i. Officiū.

Michi autē nimis honorati ſūt amici tui de⁹ nimis cōfortat⁹ eſt pricipatus eoꝝ. ps. Dñe pbaſti me ⁊ cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionē meā ⁊ reſurrectionē meā.

Eccleſiā tuā q̄s dñe btī [illegible] barnabe apl̄i tui cōmendet oratio: ⁊ ꝑ ea interceſſor exiſtat quā doctrina ⁊ paſſiōe illuſtrat. Per. Epl̄a. Iā nō eſtis ī cōi. fo. j. Gr. Nimis honorati ſūt amici tui de⁹: nimis cōfortat⁹ eſt principatus eoꝝ. V. Dinumerabo eos\ et ſup arenam multiplicabūtur. Alla. V. In omnē terrā exiuit ſon⁹ eoꝝ ⁊ ī fines orbis terre verba eoꝝ. Seq. Alla nūc decātet. ī cōi ſoꝝ. Sc̄dm iohānē. ps. xviij. xv. B

In illo tempore. Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Hoc eſt preceptū meū: vt diligatis inuicē ſicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionē nemo habet: vt animā ſuā ponat q̄s ꝓ amicis ſuis. Uos amici mei eſtis: ſi feceritis q̄ ego precipio vobis. Iā nō dicā vos ſeruos: q2 ſeruus neſcit quid faciat dñs ei⁹. Uos aūt dixi amicos: q2 oia q̄cūq; audiui a prē meo\ nota feci vobis. Nō vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos et poſui vos vt eatis et fructū afferatis\ ⁊ fructus veſter maneat. Ut q̄dcūq; petieritis patrē ī noīe meo: det vobis. Credo.

Offr. Michi aūt nimis honorificati ſūt amici tui de⁹: nimis cōfortatus eſt principat⁹ eoꝝ. Secr. psal. cxxxviij.

Placationis tibi dñe ſacrificiū in hac beatiſſimi barnabe apl̄i tui ſolennitate deferimus: cui⁹ nos precib⁹ hec redemptiōis nr̄e ſuffragia\ et ītelligere q̄s cōcedas ⁊ aſſeq̄ p. Prefa. Et te dñe. Cōio. Uos q̄ ſecuti eſtis me\ ſedebitis ſup ſedes iudicātes duodeci trib⁹ iſrl̄ dicit dñs. Poſtcōio. Mat. xix D

Sacramēta celeſtia q̄ ꝓ btī barnabe apl̄i tui paſſione dñe tue obtulim⁹ maieſtati: ipſi⁹ nobis q̄s fiāt interceſſione ſalutaria\ in cui⁹ natalitio ſunt [illegible]. Per.

¶ Sctōꝝ baſilidis\ cyrini\ naboris\ ⁊ nazarij marty. Offi.

Pſal. lxxviij. Intret in conſpectu tuo dñe gemit⁹ cõpeditorũ: redde vicinis noſtris ſeptuplũ ĩ ſinu eorũ: vindica ſanguinẽ ſctõꝝ tuorũ qui effuſus eſt. Ps. Deus venerũt gentes in hereditatẽ tuã: polluerũt teplũ ſanctum tuũ\poſuerunt hieruſalem in pomorũ cuſtodiã. Oratio.

Sanctorꝫ martyrũ tuorꝫ baſilidis\cyrini\naboris\et nazarij (q̃s) dñe natalicia nobis votiua reſplẽdeãt: ⁊ qḋ illis cõtulit excellẽtia ſempiterna\fructib⁹ nr̃e deuotionis accreſcat. p. Epla.

ibidẽ Iuſtorꝫ aĩe. In cõi. fo. vij. Gr. Vindica dñe ſanguinẽ ſctõꝝ tuorum q̃ effuſus eſt. V. Poſuerunt mortalia ſeruorũ tuorꝫ eſcas volatilib⁹ celi: carnes ſctõꝝ tuorũ beſtijs terre. Alla. V. Iuſti epulẽtur ⁊ exultẽt ĩ cõſpectu dei: ⁊ delectent̃ ĩ leticia. Euã. Ecce ego mitto. ĩ cõi. fol. ij. Offr. Pſal. cxlix. Exultabũt ſcti in gloria: letabunt̃ ĩ cubilib⁹ ſuis\exultationes dei in faucibus eorũ. Secret.

Da nobis q̃s dñe pure deuotiõis affectũ: ⁊ ſctõꝝ martyrũ tuorꝫ baſilidis\cyrini\naboris: ⁊ nazarij ĩtercessionibus: etiã nr̃a munera propiti⁹ ĩtuere. Per.

p̃. lxxviij. Coio. Poſuerũt mortalia ſeruorũ tuorũ dñe eſcas volatilib⁹ celi carnes ſctõꝝ tuorꝫ beſtijs terre. ſecũdũ magnitudinẽ brachij tui poſſide filios morti punitorũ. Poſtcõ.

Diuinis ſacramentis refecti queſum⁹ dñe deus nr̃: vt ſanctorũ martyrũ tuorũ baſilidis\cyrini\naboris\⁊ nazarij ĩterceſſionibus: gaudijs mereamur intereſſe celeſtib⁹. Per. ¶ Sancti baſilij epi ⁊ confeſſoris. Offi.

Statuit ei dñs teſtamentũ pacis\⁊ principẽ fecit eũ: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternũ. Ps. M̃ias dñi in eternũ cãtabo. Or.

Deus qui beatũ baſiliũ cõfeſſorem tuũ doctorẽ precipuum\catholiceq̃ fide predicatorẽ eligere dignatus es: p̄ſta q̃s vt ipſo pro nobis intercedẽte peccatorꝫ noſtrorũ mereamur exui malis\et tibi dño ſinceris mentib⁹ deſeruire. Per dñm. Epla. Ecce ſacerdos magn⁹. In cõi. fo. xj. Gr. Dñe p̄uenisti eũ ĩ bñdictionib⁹ dulcedinis poſuiſti ĩ capite ei⁹ coronã de lapide p̃cioſo. V. Vitã petijt: ⁊ tribuiſti ei lõgitudinẽ dierũ in ſeculũ ſeculi. Alla. V. Iuſt⁹ germinabit ſicut liliũ ⁊ florebit ĩ eternũ ante dñm. Euãg. Homo quidã peregre. in cõi. fo. xiij. Offr. Veritas mea ⁊ mĩa mea cũ ipſo: ⁊ in noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Sancti baſilij cõfeſſoris tui atq̃ põtificis ſupplicatione munus oblatũ: dñe q̃s fiat nobis ĩ ppetuũ ſalutare. Per. Cõio. Btũs ſeru⁹ quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtẽ: amẽ dico vobis: ſup oĩa bona ſua ↄſtituet eũ. P⁹cõ.

Sumptũ dñe celeſtis remedij ſacramentũ: ad ppetuã nobis ꝑuenire gratiã\bti baſilij cõfeſſoris tui atq̃ pontificis obtineat ĩterceſſio glioſa. p. ¶ Sctorꝫ viti ⁊ modeſti atq̃ cre. mar. Offi.

Iuſti epulentur et exultent in conſpectu dei: et delectentur in letitia. Ps. Exurgat deus ⁊ diſſipentur inimici ei⁹: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio.

Concede q̄s om̄s de⁹: vt ſctõrũ martyꝝ tuoꝝ viti ⁊ modeſti atq; creſcẽtie / quoꝝ celebramus victorias: participemur ⁊ premiis. Per. Epla. Iuſti autẽ. in cõi lo. vij. Gr. Clamauerũt iuſti ⁊ dñs exaudiuit eos: et ex oĩbus tribulationib⁹ eoꝝ liberauit eos. V. Iuxta eſt dñs his q̄ tribulato ſunt corde: et humiles ſpiritu ſaluabit. Alleluia. V. Mirabilis dominus noſter in ſanctis ſuis. Scd̄m lucam.

IN illo tpe. Dicebat ieſ⁹ turbis iudeoꝝ et principib⁹ phariſeoꝝ. Ve vobis q̄ edificatis monumẽta pphetarũ: pres autẽ vr̃i occiderũt illos. Profecto teſtificamini q̄ cõſentitis opib⁹ patrũ veſtroꝝ. Qm̄ q̄dẽ ipſi eos occiderũt: vos aũt edificatis eoꝝ ſepulchra. Propterea et ſapientia dei dixit. Mittã ad eos pphetas et apl̄os: ⁊ ex illis occidẽt / ⁊ ꝑſequẽtur: vt inquiratur ſanguis oĩm pphetarũ qui effuſus eſt a cõſtitutione mundi / a generatione iſta: a ſanguine abel iuſti / vſq; ad ſanguinẽ zacharie: qui periit inter altare ⁊ edem. Ita dico vobis: requiretur ab hac generatione. Ve vobis legiſperitis: qui abſtuliſtis clauẽ ſcientie: ipſi nõ introiſtis ⁊ eos qui introibant prohibuiſtis. Cũ hec ad illos diceret ceperũt phariſei ⁊ legiſperiti grauiter iſiſtere: et os ei⁹ opprimere / de multis inſidiantes ei. et q̄rẽtes capere aliq̄d ex ore ei⁹: vt accuſarẽt eũ. Offm̄. Gloriabunt̃ in te oẽs q̄ diligũt nomen tuũ q̄m tu dñe bñdices iuſto: dñe vt ſcuto bone volũtatis tue coronaſti nos. Sec. p. v.

Propici⁹ eſto dñe ſupplicationib⁹ noſtris: ⁊ ppl̄i tui oblationib⁹ ꝑcibuſq; ſuſceptis: interceſſione ſctõꝝ martyrũ tuoꝝ viti ⁊ modeſti atq; creſcẽtie / noſtra ad te corda cõuerte: vt a terrenis cupiditatib⁹ liberi: ad celeſtia deſideria trãſeamus. Per d. Coĩo. Aĩa nr̃a ſicut paſſer erepta eſt de laq̄o venãtiũ: laq̄us cõtritus eſt et nos liberati ſumus. Poſtcõmunio. Psal. cxxiij.

Salutaris alimonie participatione refectos: beatorũ martyrum tuoꝝ viti modeſti atq; creſcentie: nos dñe q̄s vbiq; defenſione cuſtodi: quorum hodie voluiſti nos tpali ſolẽnitate gaudere. P.

¶ Trãſlatio ſcti richardi. Offm̄.

Statuit ei dñs teſtamẽtũ pacis ⁊ principẽ fecit eũ: vt ſit illi ſacerdotij dignitas in eternum. Ps. Miãs dñi in eternum cantabo. Oratio. Eccl. xlv. D. Psal. lxxxviij.

Deus q̄ nos trãſlatione btĩſſimi ↄfeſſoris tui atq; põtificis ricardi ſolẽnit̃ celebrare ↄcedis tribue nobis q̄s ei⁹ meritis ⁊ ꝑcib⁹ a mũdi hui⁹ trãſire miſeria: et ad gaudia ꝑuenire celeſtia. Per d.

¶ Memoria de ſs. cirico ⁊ iuli. or.

Exaudi nos dñe deus nr̃: ⁊ ſanctorũ martyrũ tuorum cirici et iulite matris eius tibi patormẽto ſupplicationis/ ut quorũ celebramus triumphũ/ poſſimus retinere cõſtantiã. Per. Epla. Ecce ſacerdos magnus qui in diebus. in cõi. fo. x[illegible] Gr. Dñe preueniſti eũ in benedictionibꝰ dulcedinis: poſuiſti in capite eiꝰ coronam de lapide precioſo. ℣. Vitã petijt: ⁊ tribuiſti ei lõgitudinẽ dierũ in ſeculũ ſcli. Alla. ℣. Juſtꝰ germinabit ſicut liliũ: ⁊ florebit ĩ eternũ ante dñm. Sequẽ. Adeſt nobis dies al. in cõi fo. xij. Euange. Hõ quidã peregre. in cõi. fo. xij. Offer. Veritas mea et mĩa mea cum ipſo: ⁊ ĩ noĩe meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

P. xx.

Eſaie xxv.

Pſal. lxxxviij.

Offerimus tibi dñe preces et munera ſuppliciter exorãtes: ut interceſſione beati richardi confeſſoris tui atq; põtificis/ cuiꝰ tranſlationis ſolennia colimus: a vitijs ad v[illegible]rtutes/ et a carcere transferamur ad regnum. Per dominũ. Alia ſecreta de martyribꝰ.

Offerimꝰ tibi dñe fidelium tuorũ dona ſolẽnia/ ſanctorum martyrũ tuorũ cyrici ⁊ iulite interceſſionibꝰ confidẽtes: ut qđ nos exequimur minus idonea ſeruitute/ illorũ potius meritis efficiatur acceptum. Per dñm. Cõio. Btũs ſeruꝰ ĩ cõi. fo. xij. Poſtcõio.

Per hec ſacramẽta dñe que ſumpſimꝰ: et ꝑ interceſſionem ſancti pontificis tui richardi cuius trãſlationis diẽ deuote celebramus: te ſupplices deprecamur ut ipſiꝰ meritis ⁊ interceſſiõe/ a tenebris huius vite ad lucẽ ꝑpetuã nos trãſferre digneris. Per dñm.

Alia poſtcõio de martyribus.

Plebs tua dñe ꝑ hec ſcta [illegible] ſumpſimꝰ/ capiat ſacre b[illegible]dictionis augmentũ: ⁊ interceſſi[illegible] ſctõꝝ martyrũ tuoꝝ cyrici ⁊ iuli[illegible] copioſis bñficioꝝ tuoꝝ ſemp ſu[illegible]leuetur auxilijs. Per d. Scõ[illegible] marci et marcelliani. Offi[illegible]

Salus autẽ iuſtorũ a dño[illegible] ⁊ protector eorũ eſt ĩ t[illegible] tribulatiõis. Ps. Noli em[illegible]lari in malignantibus: neq; zel[illegible]ueris faciẽtes ĩiquitatẽ. Oratio.

Preſta qs ops deꝰ: ut q ſa[illegible] ctorũ martyrũ tuoꝝ marc[illegible] et marcelliani natalitia colimus: a cũctis malis imminentibꝰ/ eo[illegible] interceſſiõibꝰ liberemur. P. Epla. Lingua ſapientum. in cõi. fo. [illegible] Gr. Juſtoꝝ aĩe in manu dei ſũt: ⁊ nõ tãget illos tormẽtũ malitie[illegible] Viſi ſunt oculis inſipiẽtium mo[illegible]ri: illi aũt ſũt ĩ pace. Alla. ℣. Red[illegible]det deꝰ mercedẽ laborũ ſctõꝝ ſuo[illegible]rũ: ⁊ deducet illos in via mirabil[illegible] Euãg. Videte ne qs. In cõi. fo. [illegible] Offer. Aĩa nr̃a ſicut paſſer erept[illegible] eſt de laqueo venãtiũ: laqueus c[illegible]tritus eſt ⁊ nos liberati ſumꝰ. Secreta.

Preueniat nos qs dñe gra[illegible] tua ſẽp ⁊ ſubſequatur: et has oblationes quas ꝓ peccatis noſtris nomini tuo conſecrãdas offerimus benignꝰ aſſume: ut per interceſſionẽ ſctõꝝ martyrũ tuorũ marci et marcelliani/ cunctis ꝓficiat ad ſalutẽ. Per do. Cõio. Amẽ dico vobis: qđ uni ex minimis me[illegible]is feciſtis/ mihi feciſtis: venite be[illegible]dicti patris mei: poſſidete ꝑparatũ uiſis regnū ab hedo ſcti. Poſtcō.

Uit pcepta nos dñe ſctā biuificēt: ſctōꝝ martyꝝ tuorum marci et marcelliani merita glorioſa nos adiuuent. Per dñm.

Sctōꝝ Geruaſij ⁊ ꝓthaſ. Off.

LOquetꝰ dñs pacē ī plebē ſuā ⁊ ſup ſctōs ſuos ⁊ ī eos q̄ ꝯuertunt ad ipz. ṗ. Bñdixiſti dñe terrā tuā: auertiſti captiuitatem iacob. Or.

DEus qui nos ānua ſctōꝝ martyꝝ tuoꝝ geruaſij ⁊ ꝓthaſij ſolēnitate letificas: cōcede ꝓpitius vt quoꝝ gaudemꝰ meritis/ accendamur exemplis. Per.

Lectō epl'e btī pauli apl'i ad rom.

FRatres. Scimꝰ qm̄ diligētibꝰ deū oīa cooperātur in bonū: his q̄ ſcd'm ꝓpoſitū vocati ſunt ſcti. Nā quos pſciuit/ ⁊ pdeſtinauit cōformes fieri imaginis filij ſui: vt ſit ipſe primogenitꝰ in multis fratribꝰ. Quos aūt pdeſtinauit: hos et vocauit. Et quos vocauit: hos et iuſtificauit Quos autē iuſtificauit: illos ⁊ magnificauit. Quid ergo dicemꝰ ad hec? Si deus pro nobis: quis contra nos? Qui etiā ꝓprio filio ſuo nō pepercit: ſed ꝓ nobis oībꝰ tradidit illū. Gr. Glorioſus deꝰ in ſctis: mirabilis in maieſtate faciens prodigia. ℣. Dextera tua domine glorificata eſt in virtute: dextera manꝰ tua confregit inimicū. Alla. ℣. Scti iuſti in dño gaudete: vos elegit deꝰ in hereditatem ſibi. S. marcū.

IN illo tpe. Egrediente ieſu de tēplo: ait illi vnꝰ ex diſcipulis ſuis. Magiſter: aſpice quales lapides et quales ſtructure. Et reſpondens ieſus/ ait illi. Vides has oēs magnas edificationes? Non relinquetur lapis ſuper lapidem: qui non deſtruatur. Et cū ſederet in monte oliuarū contra templum: interrogabāt eum ſeparatim petrus/ et iacobus/ et iohannes/ et andreas. Dic nobis quādo iſta fiēt: ⁊ qđ ſignū erit quādo hec oīa incipient cōſummari? Et reſpōdēs ieſus/ cepit dicere illis. Videte ne quis vos ſeducat. Multi eñ venient in nōie meo dicentes q2 ego ſū: et multos ſeducēt. Cū autē audieritis bella/ et opiniones bellorum: ne timeritis. Oportet enim hec fieri: ſed nondū finis. Exurget enim gens contra gentem/ ⁊ regnum ſuper regnum: et erunt terremotus per loca/ ⁊ fames. Initiū dolorum hec. Videte autem vosmetipſos. Tradent enim vos in cōcilijs/ et in ſynagogis vapulabitis: et ante preſides et reges ſtabitis propter me/ ī teſtimoniū illis. Et in omnes gentes primū oportet predicari euangeliū. Et cū duxerint vos tradentes: nolite precogitare/ quid loquamini: ſed quod datum fuerit vobis in illa hora/ id loquamini. Nō enim vos eſtis loquētes: ſed ſpiritus ſanctꝰ. Tradet autem frater fratrem in mortem: ⁊ pater filium: et conſurgent filij in parentes: ⁊ morte afficient eos. Et eritis odio omnibus propter nomen meū. Qui autē ſuſtinuerit ī finē: hic ſaluus erit. Offer.

ps. xx. Letamini in dño et exultate iusti: et gloriamini oēs recti corde. Secre.

Hostias tibi dñe laudis offerimus: q̄ btīs martyrib⁹ tuis geruasio et ꝓthasio tribuisti: vt et per suū nobile martyriū paruerit: et sempiterna gl'ia trāsitoriā cōmutarēt interēpti. P. Cōo. Posuerūt mortalia seruoꝝ tuoꝝ dñe escas volatilibus celi: carnes sctōꝝ tuoꝝ bestijs t're scdm magnitudinē brachij tui posside filios morti punitoꝝ. P⁹cō.

psal. lxxviij.

Benedictio tua dñe q̄s per hec scā mysteria tuoꝝ impleat corda fideliū: vt et sctōꝝ martyꝝ tuoꝝ geruasij et ꝓthasij honorificent passiones: et remedia salutis eterne q̄ expetūt eisdē patrocinātib⁹ assequant. P. ¶ In trāslatiōe sctī edwardi regis et mar. Offm.

Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eū super opera manuū tuarum. ps. Domine dñs noster: q̄ admirabile est nomē tuū in vniuersa terra. Kyrie eleison. Or.

Deus eterni triūphator imperij: familiā tuā ꝓpitius respice trāslationē regis celebrantē edwardi: et presta vt sicut illum munere glorificare dignaris celesti: ita nos ei⁹ obtētu eterne felicitati facias dignāter ascribi. Per. Epl'a. Btūs vir q̄ inuētus. in cōi. so. iiii. Gr. Posuisti dñe sup caput ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. V. Desideriū aīe ei⁹ tribuisti ei: et volūtate labioꝝ ei⁹ nō fraudasti eū. Alla V. Btūs vir qui suffert tentationē qm̄ cū ꝓbatus fuerit accipiet corona vite. Si fiant. xx. M. p.

ps. xx.

Iaco. j. B

Organicis canam⁹ in choro. Euāg. Si quis venit. in cōi. Offr. Posuisti dñe in capite eius coronā de lapide precioso: vitā petijt a te et tribuisti ei alla. Secret.

Intuere q̄s dñe deus ad nr̄e humilitatis hostiā tibi in honore sancti martyris tui ac regis edwardi oblatā: quam tibi sacrā oblationem mirabili dispēsatione efficere voluisti: et cōcede nobis lius p̄cib⁹ ita innocēter viuere vt ad eterna mereamur gaudia peruenire. Per. Cōio. Qui vult venire post me abneget semetipsū: et tollat crucē suā et sequat me. Postcō.

Sancta tua nos dñe sumpta purificent: et beato martyre tuo ac rege edwardo intercedente ad ꝑpetue beatitudinis consortium perducant. Per. ¶ Sancti albani protomartyris anglorū. Offm.

In virtute tua dñe letabitur iustus: et sup salutare tuum exultabit vehementer: desideriū aīe eius tribuisti ei. ps. Qm̄ p̄uenisti eū in benedictionib⁹ dulcedinis: posuisti in capite ei⁹ coronā de lapide p̄cioso. Or.

Deus q̄ hunc diē btī albani martyrio cōsecrasti: tribue q̄s vt cui⁹ annuo gratulamur beneficio eius continuo foueamur auxilio. Per. Lectio libri sapientie.

Iustus si morte preoccupatus fuerit: in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna: neq̄ numero annorū computata. Cani autem sunt sensus tis: ⁊ etas senectutis vita immaculata. Placens deo fact⁹ dilect⁹: ⁊ viuens inter pctõres translat⁹ est. Raptus est ne malitia mutaret intellectũ illius: aut ne fictio deciperet animam illi⁹. Cõsummat⁹ in breui: expleuit tpa multa. Placita enim erat deo anima illius: propter hoc properauit educere illũ de medio iniquitatis. Quĩ grã dei ⁊ mĩa est in sctõs eius: ⁊ respect⁹ in electos illius. Gr. Btũs vir q̃ timet dñm: ĩ mandatis eius cupit nimis. V. Potens in terra erit semen eius\ generatio rectorũ benedicet. All'a. V. Posuisti dñe super caput eius coronã de lapide precioso. Sequẽtia.

Ela gaudẽs caterua ouãter eia. Pãge sonora dño cãticis: illi⁹ enarra magnalia. Ex toto corde\ ex tota ṽtute\ ex tota aĩa deo iubila. Qui est sctõrũ vita virtus\ glĩa\ premiũ\ corona. Cui⁹ pietas larga: comit aurea albanum laurea. Cui⁹ precellẽs grã: expurgauit ei⁹ crimĩa. Ei⁹ cornu ⁊ ꝑ se se exaltat in magna glĩa. Cũ eñi sumpsisset diua munera. Sctẽ religionis dõa mystica. Abnuẽs idolatrã legẽ spernit idola. Et cũ iã duceret mortis ad supplicia. Prece siccãs flumĩa. Per fluuii glareas sicca transiuit semita. Pari quoqꝫ via. Grata fõtis mũera tra: producit arida. Post hec inclyta albane tua opera. Linquẽs hec terrestria. Scandis cũ glĩa: celorũ diuina. Te nũc petim⁹ patrone p̃ce sedula Qui es nr̃a vera glĩa. Solue p̃cũ nostris seruorũ scelera. Exora ꝑ gẽte anglicã: ⁊ ꝑ ei⁹ pace etiã et de [illegible] ꝑdict⁹. Et nobis tibi supplicib⁹ vite vera impetra gaudia. Tibi sonat iugiter all'a. Euãg. Si quis vult post me. i. cõi. fo. v. Off. In ṽtute tua dñe letabit̃ iust⁹\ et sup salutare tuũ exultabit vehemẽter: desideriũ aĩe ei⁹ tribuisti ei. ps. xx. Secreta.

Sicut i beati albani martyris tui veneratiõe te mirabilẽ p̃dicam⁹: sic dñe apd clemẽtiã tuã ꝑ hec pie placatiõis officia: ꝑ nobis q̃s ipẽ pi⁹ iteruẽtor existat. Per dñm. Cõio. Magna est glĩa ei⁹ i salutari tuo: gloriã ⁊ magnũ decorẽ ipones sup eũ dñe. psal. lxxxviii. Postcõ.

Ut tua nos dñe sacramẽta purgẽt a crimine: sãctã maiestatẽ tuã q̃s beat⁹ martyr alban⁹ sẽp iploret. P d. In vigil. scti iohis baptist. Ad missã. Offm.

Ne timeas zacharia exaudita est orõ tua et elizabet vxor tua pariet tibi filiũ: et vocabis nomẽ eius iohannem: et erit magn⁹ corã domino: et spiritu sctõ replebit adhuc ex vtero m̃ris sue: et multi in natiuitate eius gaudebunt. Luce i. A. Ps. Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuũ exultabit vehementer. ps. xx. Gloria patri. Or.

Presta quesumus omnipotens deus vt familia tua per viam salutis incedat: et beati iohannis christi p̃cursoris hortamenta sectãdo: ad eũ quem predixit secura perueniat dñm nr̃m iesũ christũ filiũ tuũ. Qui tecũ vi. Memoria de sctã etheldreda. Or.

DEus qui nos hodie beate etheldrede virginis tue annua ſolēnitate letificas:cōcede propitius vt cuius adiuuamur meritis cuius caſtitatis irradiamur exēplis ꝑ. Lectio hieremie ꝓphete.

i. A IN diebꝰ illis. Factū eſt verbū dñi ad me dicēs. Priuſq̄ te formarē in vtero noui te:⁊ anteq̄ exires de vulua ſctificaui te ⁊ prophetā in gentibus dedi te. Et dixi. A a a dñe deus\ecce neſcio loqui:q2 puer ego ſum. Et dixit dñs ad me. Noli dicere q2 puer ſū:qm̄ ad oīa q̄ mittā te ibis\⁊ vniuerſa que mādauero tibi loq̄ris. Ne timeas a facie eoꝝ:q2 ego tecū ſum vt eruā te dicit dñs. Et miſit dñs manum ſuam:⁊ tetigit os meum. Et dixit ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ecce cōſtitui te hodie ſuper gentes ⁊ ſuper regna:vt euellas\et deſtruas\et diſperdas\et diſſipes\et edifices\et plantes. Dicit dñs oīpotens. Gr. Fuit ho-

Ioh. i. B mo miſſus a deo:cui nomē erat iohānes\hic venit. V. Ut teſtimoniū ꝑhiberet de lumine:⁊ parare dño plebē perfectam. Si dñica fuerit:

Luce. i. dicitur. Alleluya. V. Tu puer ꝓpheta altiſſimi vocaberis:p̄ibis ante dominum parare vias eius.

¶ Initiū ſcti euāge. ſcdm Lucā.

i. A FUit in diebꝰ herodis regis iudee ſacerdos quidā noīe zacharias\de vice abia:⁊ vxor illius de filiabꝰ aaron:⁊ nomē eius elizabeth. Erant autē iuſti ambo ante deū:īcedētes in oībꝰ mandatis ⁊ iuſtificatiōibꝰ dñi ſine q̄rela. Et non erat illis filius eo q̄ eſſ elizabet ſterilis\⁊ ābo ꝓceſſiſſe in diebꝰ ſuis. Factū eſt autē cū ſa cerdotio fungeret zacharias in o dine vicis ſue ante deū ſcdm cōſue tudinē ſacerdotii:ſorte exiit vt incēſum poneret igreſſꝰ ī tēplū dñi. Et oīs multitudo ppli:erat orā foris hora incēſi. Apparuit aūt illi angelꝰ dñi:ſtans a dextris altaris īceſi. Et zacharias turbatꝰ ē vidēs:⁊ timor irruit ſuper eū. Ai autē ad illū angelꝰ. Ne timeas zacharia:qm̄ exaudita eſt deprecatio tua. Et vxor tua elizabeth pari tibi filiū:⁊ vocabis nomen eius iohannē. Et erit gaudiū tibi ⁊ exultatio:⁊ multi ī natiuitate eiꝰ gaudebunt. Erit eīm magnꝰ corā dñ. Uinū ⁊ ſicerā nō bibet:⁊ ſpū ſc replebit adhuc ex vtero mrīs ſu et multos filioꝝ iſrael cōuertet a dūm deū ipſoꝝ. Et ipſe p̄cedet a illū in ſpū ⁊ virtute helie:vt cōu tat corda patrū in filios\⁊ incr los ad prudentiā iuſtoꝝ. Para dño:plebē ꝑfectā. Offer. Gloria nore coronaſti eū:⁊ ꝯſtituiſti eū per opera manuū tuaꝝ dñe. Se

DA q̄s omīps deus:vt ſic beatus iohannes bap aſtruxit\agnus ille tuus qui p ſentibus myſteriis declaratur il peccatā nr̄a ſemper emūdet. Qui te

¶ Alia ſecreta de ſctā etheld

QUe in hoc altari dñe p ſita oculis tue maieſtati offerimus:ſancte etheldrede vir ginis tue ſupplicationibus(que ſumus) propitiatus aſſume. Per

Magna eſt gloria eius ĩ ſa-
lutari tuo gloriã ⁊ magnũ decorẽ
impones ſuper eũ dñe. Poſtcõio.
BEati iohãnis baptiſte nos
domine preclara comitetur
oratio: ⁊ quem venturum eſſe pre-
dixit\poſcat nobis fore placatum:
dñm nrm ieſum xpm filiũ tuum.
poſtcõio de ſancta etheldreda.
QUeſum⁹ oĩps de⁹: vt qd de
menſa celeſti pcepim⁹\in-
tercedente btã etheldreda virgine
in noſtros ſẽp ad te trahat affe-
ctus. Per dñm. ¶ In die ſancti
iohannis baptiſte. Officium.
DE ventre matris mee vo-
cauit me dñs nomine meo
⁊ poſuit os meũ vt gladiũ acutũ:
ſub tegumento man⁹ ſue protexit
me: poſuit me quaſi ſagittã electã.
ps. Bonum eſt confitere domino:
⁊ pſallere nõi tuo altiſſime. Oro.
DEus q̃ pñtẽ diẽ honora-
bilem nobis i bti iohãnis
natiuitate feciſti: da populis tuis
ſpũalis gratiã gaudioꝝ: ⁊ oĩm fi-
deliũ mentes dirige in viã ſalutis
eterne. p d. Lectio Eſaie pphete.
AUdite inſule: et attendite
ppli de lõge. Dñs ab vte-
ro vocauit me: de ventris matris
mee recordat⁹ eſt nõis mei. Et po
ſuit os meũ quaſi gladiũ acutum\
in vmbra man⁹ ſue protexit me: ⁊
poſuit me ſicut ſagittam electam.
In pharetra ſua abſcondit me: et
dixit michi. Seruus meus es tu
iſrael: q2 in te gloriabor. Et nunc
dicit dñs formans me ex vte-
ro ſeruũ ſibi. Dedi te in lucẽ gẽtiũ
vt ſis ſalus mea vſq ad extremũ
terre. Reges videbũt\⁊ cõſurgent
principes ⁊ adorabũt dñm deum
tuũ et ſctm iſrael q elegit te. Gr.
Priuſq̃ te formarẽ in vtero noui Hier.
te\⁊ anteq̃ exires de vẽtre ſcifica-
ui te. ℣. Miſit dñs manũ ſuã et
tetigit os meũ\⁊ dixit michi. Alła
℣. Inter natos mulierũ nõ ſurre- Eccł.
xit maior iohãne baptiſta. Seque.
SAncti baptiſte chriſti preco
nija. Solennia celebrãtes
moribus ipſum ſequamur. Ut ad
vitã quã pmiſit\aſſeclas ſuos per-
ducat. Deuoti te ſãctiſſime hoim
amice ieſu xpi flagitam⁹: vt gau
dia pcipiam⁹. Sequẽs ℣. dicit in
nati. eiuſdem tm. Apparens ꝙ za
charie gabriel repromiſit quibus
celebrarent obſequijs natiuitatẽ.
Sequẽs ℣. dr in decollatiõe eiuſdẽ.
tm. Maxima q̃ dant ſctis in celo
qui martyrij cui cõgaudemus vi-
ctorijs in die iſta. Ut per hec feſta
eterna gaudia adipiſcamur. Quã
ſãcti dei ſacris delicijs leti cõgau
dent. Tu qui preparas fideliũ cor
da. Ne quid deuium vel lubricum
deus in eis inueniat. Te depoſci-
mus vt crimina noſtra. Et faci-
nora cõtinua prece ſtudeas abole-
re. Placatus. Ut ipſe ſuos. Sem-
per miſereri. Fideles. Et manſio
nẽ. In eis facere. Dignetur. Ut
agni vellere quẽ tuo digito. Mũ-
di monſtraueras tollere crimina:
nos velit induere. Ut ipſum me-
reamur angelis aſſociari. In al-
ba veſte ſequit̃ proſa clariſſimã.
Amice xpi iohannes. Iſte virtu⁹

ne. dicitur et in vtroqz festo. Ad

Euangelium secundum Lucam.

A. In illo tpe. Elizabeth impletum est tempus pariendi: et peperit filiũ. Et audierunt vicini et cognati eius quia magnificauit dñs miam suã cũ illa: et congratulabãtur ei. Et factũ est in die octauo venerũt circumcidere puerũ: et vocabãt eũ nomine patris sui zachariã. B. Et respondẽs mater eius: dixit. Nequaquã: sed vocabit iohãnes. Et dixerũt ad illam: quia nemo est in cognatione tua/ q̃ vocet hoc nomine. Innuebant autem patri eius: quẽ vellet vocari eũ. Et postulans pugillarẽ: scripsit dicens. Johãnes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertũ est autem illico os eius/ et lingua eius: et loquebat benedicens deũ. Et factus est timor super omnes vicinos eorũ: et super oĩa mõtana iudee diuulgabãtur oĩa verba hec. Et posuerũt oẽs qui audierãt in corde suo: dicentes. Quis putas puer iste erit? Etenim manus dñi erat cum illo. Et zacharias pater eius impletus est spiritu sancto: et prophetauit dicens. Benedictus dñs deus israel: quia visitauit et fecit redẽptionẽ plebis sue. p.xcj. Credo. Offer. Justus vt palma florebit/ sicut cedrus que in libano est multiplicabit. Secreta.

Tua nos dñe muneribus altaria cumulantes/ illius natiuitatẽ honore debito venerantes et opem nobis affore deprecãtes/ qui saluatorẽ mũdi et cecinit affuturũ: et adesse monstrauit presentẽ. iesum xpm filiũ tuũ. Qui te Prefa. apost. Cõio. Tu puer p altissimi vocaberis: preibis enim an facie dñi parare vias eius. Post

Sumat ecclesia tua deus iohannis baptiste gene tione leticiã: per quẽ sue regene tionis cognouit auctorẽ: dñm n strũ iesũ xpm filiũ tuũ. Qui tec Per totas octa. dr eadem missa scto iohãne: nisi festũ intercurra et nisi in dñica: sed sine sequentia Credo: et nisi missa. Salus popu vel missa dñical. ex necessitate tãda fuerit: et quã dr missa de fe loci/ vel de sancta virgine mar

Sctõr iohis et pauli mar. Of

Multe tribulatiões iustorũ: et de his oĩbus liberau eos dñs: dñs custodit oĩa ossa eorũ/ vnũ ex his nõ cõteret. ps. Benedicã dñm ĩ oĩ tẽ semp laus eius in ore meo. Or

Quesumus omnipotẽs vt nos geminata leticia dierne festiuitatis excipiat: beatorum iohannis et pauli glo ficatione procedit: quos eadem des et passio vere fecit esse gem nos. Per dominum nostrũ iesu christum filiũ tuum. Memoria de cto iohanne baptista. vt sup. Ep Hi sunt viri. in cõi. tot. vij. Gra Ecce quã bonum et quã iocundũ/ hab tare fratres in vnum. V. Sicut vn guentũ in capite / quod descen in barbam barbam aaron. V. Ma dauit dñs benedictionẽ/ et vita vsqz in seculum. Alleluya. V. sunt due oliue et duo cãdelabra lu ite dn̄s\ habētes potestatē clau celū nubib⁹ ⁊ aꝑire portas ei⁹ quia eoꝝ claues celi facte sūt. dn̄ica fuer. dz sequi. Ecce pul canon. vt in cōi. fo. viij. Euā. endite a fermento. in cōi. fo. ix. ert. Gloriabuntur in te ōēs q̄ gūt nomē tuum quā tu benedi iusto: dn̄e vt scuto bone volū tue coronasti nos. Secreta.

Hostias altaribus tuis dn̄e placatiōis īponim⁹: potentia ī scōꝝ tuoꝝ iohānis ⁊ pau passiōib⁹ honorādo\ ⁊ ꝑ eos no implorādo veniā pctōꝝ. Per d mo. Et si corā hoīb⁹ tormēta pas sunt\ deus temptauit eos: tāq̄ au in fornace ꝓbauit eos ⁊ quasi holocausta accepit illos. Postcōio.

Sumptis sacramētis plebs tua dn̄e q̄s⁹ repleta ꝓfi at: et eoꝝ fulta presidiis quoꝝ talitia celebrat: quod tempora ter deuota sectat\ eternū cōsequi reat. ¶ Per dn̄m. ¶ In vigil. ostoloꝝ petri et pauli. Officiū.

Circuibat iesus in cōi. fo. vi. Offer. Inveni david servum meū: et in oleo sancto unxi eū: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. Secreta.

Intende ppitius qs dñe oblata tibi hec munera: et deprecatione bti firmini martyris tui atq pōtificis in cuius ea cōmemoratione deferimus nosipsos [illegible] sanctifica. Per. Cō. Dñe quinq talenta tradidisti michi: ecce alia quinq superlucratus sū: euge serve fidelis: quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam: intra in

Mat. xxv. D

[illegible] domini tui. Postcō.

Sumpsimus dñe [illegible] sancti martyris tui atq pōtificis firmini solēnitate celestia sacramenta: cuius suffragiis qs largiaris ut q temporaliter gerimus eterna gaudia consequamur. Per dñm.

Sanctorū cypriani episcopi et iustine virginis martyrū. Offici

Salus autē iustorū a dño et protector eorū est in tempore tribulationis. Ps. Noli emulari in malignantibus: neq zelaveris facientes iniquitatem. Oratio de communi. folio. vi. vel dicatur sequens. Oratio.

Beatorū martyrū tuorū cyprianiq iustine nos domine foveant cōtinuata presidia: quia nō desinis ppicius intueri quos talibus auxiliis cōcesseris adiuvari. Per do. Epla. Iusti autē in cōi. fo. viii. Gr. Vindica dñe sanguinē sanctorū tuorū: qui effusus est. V. Posuerūt mortalia servorū tuorū escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorū bestiis terre. Alla. V. Iusti epulentur et exultent in conspectu dei: et delectentur in leticia. Evangeliū. Cum persequentur. In cōmuni. fol. ix. Offertoriū. Exultabunt sancti in gloria: letabunt in cubilibus suis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Sanctorū martyrū tuorū cypriani et iustine tibi grata cōfessio et munera nra cōmendet: et tuā nobis indulgentiā semper imploret. Per dñm. Communio. Multitudo languentium et qui vexabantur a [illegible] imminentibꝰ [illegible] / [illegible] / [illegible] Per dominū.

D[illegible] ħs [illegible] sctōꝝ martyrū tuoꝝ cypriani et iustine deprecationibꝰ sacramēta q̄ sumpsimus ad tue nobis ꝓficiāt [illegible]tionis augmentū. Per dnm.

¶ Cosme ⁊ damiani mar. Officiū.

Sapientiā sanctoꝝ narrant populi: ⁊ laudē eorum nūciat ecclīa: nomina autē eorū viuēt in seculū seculi. Ps. Exultate iusti in domino: rectos decet collaudatio. Oratio.

Magnificet te dñe sanctoꝝ martyrum tuorum cosme ⁊ damiani beata solēnitas: qua ⁊ illis gloriā sempiternā / ⁊ opē nobis ineffabili prouidētia cōtulisti. Per dñm. Epla. Benedictus deus. in cōi. fo. iiij. Gr. Clamauerūt iusti ⁊ dñs exaudiuit eos / ⁊ ex oībus tribulationibus eorum liberauit eos. V. Juxta est dominus his qui tribulato sūt corde / ⁊ humiles spiritu saluabit. Alla. V. Vox exultationis et salutis i tabernaculis iustorum: ⁊ deducet illos i via [illegible] Euangeliū. Eleuatis iesus [illegible] in cōi. fo. [illegible]. Offm. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuū / quoniā tu dñe benedices iusto: domine vt scuto bone voluntatis tue coronasti nos. Secreta.

In tuoꝝ dñe preciosa morte iustorū sacrificiū illud offerimus de quo martyriū sumpsit omne principiū [illegible] propitia [illegible] [illegible] alia fit [illegible] [illegible] Postcō.

Sit nobis dñe libatio sacramenti tui certa saluatio que cum beatorū martyꝝ tuoꝝ cosme ⁊ damiani meritis iploratur. ¶ Sc̄i Michaelis archāgeli. Officiū.

p.cii.

Benedicite dominū omnes angeli eius potētes virtute qui faciūt verbum eius / ad audiendam vocem sermonū eius. Ps. Benedic aīa mea dño: et oīa que intra me sūt nomini scō eiꝰ. Kyrie rex splendens. cum suis versibus. Oratio.

Deus qui miro ordine angelorū ministeria hominūq; dispensas: concede propitius vt a quibus tibi ministrantibꝰ in celo semꝑ assistitur: ab his i terra vita nr̄a muniatur. Per d. ¶ Lectio libri apocalypsis btī iohānis apl'i.

ca. i. a

In diebꝰ illis. Significauit iesus q̄ oportet fieri cito / loquēs ꝑ angelū suū seruo suo iohāni qui testimoniū perhibuit verbo dei: ⁊ testimoniū iesu xp̄i in his quecunq; vidit. Beatus qui audit et qui legit verba ꝓphetie huius: ⁊ seruat ea que in ea scripta sunt. Tempus enī ꝓpe est. Johannes septem ecclesijs que sunt in asia. Gratia vobis et pax ab eo qui est / et qui erat ⁊ qui venturus est. Et a septem spiritibꝰ qui in cōspectu throni eius sunt. Et a iesu xp̄o qui est testis fidelis / primogenitꝰ mortuorum et princeps regum terre. Qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Grad. Benedicite dominum omnes angeli eius potentes virtute qui facitis verbum eius. ℣. Benedic anima mea domino, et omnia interiora mea nomen sanctum eius. Alla. ℣. In conspectu angelorum psallam tibi deus meus. Sequentia.

Ad celebres rex celice laudes cuncta. Pangat nunc canora caterua symphonia. Odas atque soluat cōcio tibi nr̄a. Cum iam renouantur michaelis inclyta valde festa. Per que letabunda per orbem machina mundi tota. Nouies distincta: pneumatum sunt agmina per te facta. Sed cū dis faciis hec stantia ceu rutilantia sydera. Inter primeua sunt tu nam creata sua, qui sumus nos vltima factura: sed imago tua. Theologa categorizent symbola nobis hec ter tripartita: per priuata officia. Plebs angelica, phalanx et archangelica, principans turma, virtus uranica, ac potestas almiphonia. Dominantia numina, diuinaque subsellia cherubin etherea ac seraphin ignicoma. Vos o michael celi satrapa, gabrielque vera dans verbi nuncia. Atque raphael vite vernula, conferte nos inter paradisicolas. Per quos plena cuncta complentur [illegible] [illegible]. Cui nihil sophia compar [illegible] pneumata: vim promant [illegible] [illegible]. Cum sitis administrantia deo [illegible]. Licet par bis quingenta [illegible] quingenta dena. Centena milium assistant ei [illegible] ad quem rex [illegible] [illegible] [illegible] super gigamachia. Vos per ethera nos per tua bella. Pars electa armonie vota demus hyperlyrica cithara. Ut post bella michaelis inclyta. Nostra deo sint accepta ante eum circa aram thymiamata. Quo in celesti iam gloria. Concantemus alleluia. Scdm Matheum.

In illo tpe. Accesserunt discipuli ad iesū dicentes. Quis putas maior est i regno celorum? Et aduocans iesus paruulū: statuit eū in medio eorum et dixit. Amē dico vobis: nisi conuersi fueritis et efficiamini sicut paruuli: nō intrabitis in regnū celorum. Quicūque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic maior est in regno celorum. Et qui susceperit vnū paruulum talem in nomine meo me suscepit. Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis q̄ in me credunt: expedit ei vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, et demergatur i profundū maris. Ve mūdo a scandalis. Necesse est enim vt veniāt scandala. Veruntamen ve homini illi per quē scandalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te: abscinde eū et proiice abs te. Bonū tibi est ad vitam ingredi debilem aut claudum: quam duas manus vel duos pedes habentē mitti i ignē eternū. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eū et proiice abs te. Bonū est tibi cū vno oculo in vitā intrare: q̄ duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.

Videte ne contẽnatis vnũ ex his puſillis. Dico eñ vobis: quia angeli eorũ i celis ſemp vident faciẽ patris mei: qui in celis eſt. Offerto. Stetit angel' iuxta arã templi habẽs thuribulũ aureum in manu ſua: ⁊ data ſũt ei incẽſa multa/ ⁊ aſcẽdit fumus aromatũ in conſpectu dei alle. Secreta.

Munus populi tui q̃s dñe dignanter aſſume: qd̃ tibi non noſtris meritis/ ſed ſãcti archangeli tui michaelis oĩmq; beatorum ſpirituum deprecatione ſit gratum. Per d. Prefatio quotid. Cõio. Benedicite oẽs angeli domini dño: hymnum dicite ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Poſtcõio.

Beati archãgeli tui michaelis interuẽtiõe ſuffulti/ ſupplices te dñe deprecamur: vt qd̃ honore proſequimur contingam' ⁊ mẽte. Per.

¶ Sancti hieronymi pbr̃i et doctoris. Ad miſſam. Officium.

Sacerdotes dei bñdicite dñm: ſcti ⁊ humiles corde laudate deũ. Pſ. Benedicite omnia opera domini dño: laudate ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Oratio.

Deus qui nobis per beatũ hieronymum cõfeſſorẽ ſacerdotẽq; tuũ ſcripture ſcẽ veritatem ⁊ myſtica ſacramẽta reuelare dignatus es: cõcede (queſumus) vt cuius natalitia colimus/ eius ſemper ⁊ erudiamur doctrinis et meritis adiuuemur. Per dominũ. Epl'a. Dedit domin' in cõi. fol. viij. Gr. Iurauit domin' et non penitebit eum: tu es ſacerdos in eternum ſecundum ordinẽ melchiſedech. ℣. Dixit dominus dño meo: ſede a dextris meis. Alleluya. ℣. Poſui adiutorium ſuper potentem: ⁊ exaltaui electum de plebe mea. Pſal. lxxxviij. Sequentia. Adeſt nobis dies alma. in cõi. fo. xij. Euãge. Uos eſtis ſal terre. in cõi. fo. xiiij. Offerto. Inueni dauid ſeruũ meũ: oleo ſancto vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. ibidẽ Secreta.

Clementia tua domine queſumus munera noſtra dignanter reſpiciat: et beati hieronymi confeſſoris et ſacerdotis tui deprecatione/ per hec eadem nos placatus purifica. Per dominum. Cõio. Domine quinq; talenta tradidiſti michi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum/ euge ſerue fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis/ ſupra multa te conſtituam/ intra in gaudium domini tui. Mat. xxv. Poſtcõio.

Refecti domine queſum' vt eccleſiam tuam beatus ſacerdos hieronymus ⁊ fidei doctrinis erudiat: et eruditam diuinis myſterijs dignam pia interceſſione efficiat. Per dominum noſtrũ.

¶ Sãctorũ remigij/ germani/ vedaſti/ ⁊ bauonis epõrũ. Officium.

Sacerdotes eius induam ſalutari: et ſancti ei' exultatione exultabunt. Pſ. Memento dñe dauid: et omnis manſuetudinis eius. Pſal. cxxxi Oro.

Exaudi queſum' domine populum tuum cum ſanctorũ [illegible] ut qui per [illegible] beatorum epiſcoporum tibi placentium ſupplicant [illegible] ut et temporalis uite [illegible] bus pace gaudeamus et eternum percipere ſubſidium. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum. ¶ De ſancto meloro martyre. Ora.

Infra octauam [illegible]

Adeſto domine ſupplicationibus noſtris: et interceſſione beati melori martyris tui perpetuam nobis miſericordiam benignus impende. Per dominum noſtrum. Epla. Plures facti ſunt in [illegible] fo. xv. Grad. Sacerdotes eius induam ſalutari: et ſancti eius exultatione exultabunt. V. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernam chriſto meo. Alleluia. V. Fulgebunt iuſti et tanquam ſcintille in arundineto diſcurrent in eternum. Nulla dicitur ſequentia licet nouem lect. habeantur. Euangelium. Sint lumbi. in communi. fo. xvi. Offer. Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis: exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Pſal. cxxxi.

Sap. iii. A

Pſal. cxlix.

Preces noſtras queſumus domine et tuorum reſpice oblationes fidelium: ut tibi grate ſint in tuorum feſtiuitate ſanctorum: et nobis conferant tue propitiationis auxilium. Per dominum. ¶ Alia ſecreta de ſancto meloro.

Preſentia munera domine queſumus ſerena pietate intuere: ut ſancti ſpiritus perfundantur benedictione: quatinus ualidius in noſtris cordibus dilectionem infundant: per quam ſanctus melorus [illegible] tyr tuus omnia corporis tormenta uicit. Per dominum noſtrum. In unitate eiuſdem. Com. Ego uos elegi de mundo ut eatis et fructum afferatis: et fructus ueſter maneat. Poſtcom.

Repleti ſacramento reparationis humane ſolennia ſanctorum confeſſorum tuorum [illegible] germani: uedaſti: et [illegible] ſumus domine deus noſter: ut ſicut munera nobis dignanter prebere celeſtia: ſic per eadem tribuas nos bonis inherere celeſtibus. Per dominum. ¶ Alia poſtcom. de ſancto meloro.

Quos refeciſti domine celeſti myſterio: ab omnibus queſumus propitiatus abſolue delictis: ut intercedente beato meloro martyre tuo: diuinis muneribus purificatis mentibus perfruamur. Per dominum. ¶ Sancti leodegarii epiſcopi et martyris. ¶ Ad miſſam. Officium.

Sacerdotes dei benedicite dominum: ſancti et humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite omnia opera domini domino: laudate et ſuperexaltate eum in ſecula. Oratio.

Deus qui hodierna die beatum leodegarium martyrem tuum atque pontificem gloria et honore coronaſti: tribue nobis propitius ut qui gloriam eius ueneramur: indulgentiam ipſo interueniente conſequamur. Per dominum. Ad timotheum.

Chariſſime: Memor eſto dominum ieſum chriſtum reſurrexiſſe a mortuis ex ſemine dauid: ſecundum euangelium meū. In quo laboro uſq ad vincula. quaſi male operans: ſed verbum dei non eſt alligatum. Ideo omnia ſuſtineo propter electos: vt et ipſi ſalutem conſequantur\ que eſt in xp̄o ieſu cū gloria celeſti. Tu autem aſſecutus es meam doctrinā\ inſtitutionem\ propoſitum\ fidem\ longanimitatem\ dilectionē\ patientiam\ perſecutiones\ paſſiones: qualia michi facta ſūt antiochie\ iconio\ liſtris: quales perſecutiones ſuſtinui: et ex his omnibus me eripuit dominus. Et omnes qui pie volūt viuere in xp̄o ieſu: pſecutionē patient. Gr. Inueni dauid ſeruū meum\ oleo ſancto vnxi eum: manus enī mea auxiliabit ei\ et brachiū meū confortabit eum. V. Nichil proficiet inimicus in eo: et filius iniquitatis non nocebit eum. Alla. V. Elegit te dominus ſibi in ſacerdotem magnum in populo ſuo. Euā. Qui vos audit. in cōi. fo. v. Offer. Veritas mea et miſericordia mea cū ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Preſta (queſumus) domine vt beati leodegarii martyris atq pontificis ſuffragio\ et in nobis munera tuearis: pro cuius honoranda confeſſione hoſtias tibi laudis offerimus. Per dominū. Cōio. Beatus ſeruus quem cū venerit dn̄s inuenerit vigilantem: amen dico vobis\ ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcōio.

Refecti participatione muneris ſacri queſum⁹ domine

ne [illegible] beati leodegario martyre tuo atq pontifice [illegible] tiamus effectum. Per dominū noſtrum ieſum. ¶ Sancte fidis virginis et martyris. Officium.

Loquebar de teſtimoniis tuis in conſpectu regum et non confundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio. — Pſal. cxviii

Deus qui preſentē diē beate fidis virginis tue martyris facis eſſe ſolennē: preſta eccleſie tue vt cuius meritis gloriatur\ eius precibus adiuuetur. Per dn̄m. Epla. Dn̄e deus me⁹. in cōi. fo. xv. Gr. Specie tua et pulchritudine tua intende proſpere procede et regna. V. Propter veritatē et manſuetudinē et iuſtitiā\ et deducet te mirabiliter dextera tua. Alla. V. Hec eſt virgo ſapiens: quā dominus vigilantem inuenit. Euang. Simile eſt regnū celorū theſau. in cōi. fol. xvii. Offer. Offerentur regi virgines poſt eam\ proxime eius offerentur tibi. Secreta. — Pſal. xliiii — ibidē

Suſcipe dn̄e preces et hoſtias in meritis bte fidis virginis ac martyris tibi dicatas: et concede vt nobis eius fiant ſupplicatione ſalutares\ cuius ſunt veneratione ſolennes. Per dn̄m. Cōio. Simile eſt regnū celoꝝ homini negociatori q̄renti bonas margaritas: īuenta vna p̄cioſa margarita dedit oia ſua et cōparauit eā. Poſt cō. — Mat. xiii. c

Sacri corporis participatione refecti tuam dñe miſericordiam ſuppliciter exoramus: vt q̄ hec beate fidis virginis et martyris tue veneratione percepimus: eius nos confoueri ſuffragiis ſentiamus. Per dñm. ¶ Sanctoꝝ marci\marcelli ꝛ apulei. Officium.

Pſal. xxxvi. Salus autem iuſtorum a domino: et protector eorum eſt in tempore tribulationis. ps. Noli emulari in malignantibus: neq̄ zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Sanctorum martyrū tuorū marci\marcelli\et apuleij nos dñe q̄s btā merita ꝓſequātur et tuo ſemꝑ faciāt amore feruentes. Per dñm. Epła. Sancti ꝑ fidē vicerunt. in cōi. ſo. vi. Gr. Iuſtorum (Sap. iii. a) anime in manu dei ſunt: et nō tāget illos tormentū malitie. ℣. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. Alla. ℣. Mirabilis dñs noſter in ſanctis (Pſal. lxvii.) ſuis. Euangel. Cum audieritis. in cōmuni. ſo. viii. Offi. Exultabunt ſancti in gloria\letabuntur (Pſal. cxlix.) in cubilibꝰ ſuis/exultationes dei in faucibus eorum. Secreta.

Maieſtatem tuam nobis domine q̄s hec hoſtia immolāda reddat placatā: tuorū digna poſtulatione ſanctorū in quorum cōmemoratione defertur. Per dominū. Cōio. Iuſtorum anime in (Sap. iii. a) manu dei ſunt: ꝛ non tanget illos tormentum malitie. viſi ſunt oculis inſipientium mori: illi autem ſunt in pace. Poſtcōmunio.

Sacramentis tuis dñe muniamur acceptis ꝛ ſanctorum martyrum tuoꝝ marci\marcelli et apuleij meritis: contra ſeuientes nequitias armis celeſtibꝰ ꝓtegamur. Per dñz. ¶ Sancti dionyſii ſociorūq̄ eius martyrū. Offi.

Intret in cōſpectu tuo domine gemitus compeditorū\redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorū: vindica ſanguinē ſctōꝝ tuorū qui effuſus eſt. ps. Deus venerūt gentes in hereditatē tuam: polluerūt templū ſanctū tuū\poſuerūt hieruſalem in pomorū cuſtodiā. Ora.

Deus q̄ hodierna die beatū dionyſiū virtute cōſtantie in paſſione roboraſti: quiq̄ illi ad predicandū gētibus gloriā tuam ruſticum et eleutheriū ſociare dignatus es: tribue nobis q̄s ex eorū imitatione ꝓ amore tuo ꝓſpera mundi deſpicere: et nulla eius aduerſa formidare. Per dñm noſtrum ieſum xp̄m filiū tuū. ¶ Lectio actuum apoſtolorum.

Paulus cū athenis ſyl̄a et Timotheū expectaret\incitabat ſpūs eius in ipſo: vidēs idolatrie deditam ciuitatē. Diſputabat ergo in ſynagoga cū iudeis ꝛ idola colētibꝰ: ꝛ in foro ꝑ omnes dies ad eos q̄ audierant. Quidam autem epicurei ꝛ ſtoici philoſophi diſſerebāt cum eo ꝛ quidam dicebant. Quid vult ſeminator verborū hic diſſerere? Alij vero dicebāt. Nouoꝝ demonioꝝ videtur annūciator eſſe\q2 ieſū et reſurrectio-

[illegible] cum
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] ergo scire quidnā velint
[illegible] Athenienses aūt omnes
[illegible] hospites\cum dionysio
[illegible] aliud vacabant: nisi aut
[illegible] aut aliquid audire novi.
[illegible] aūt paulus i medio areo-
pagi ait. Viri athenienses: p oīa
[illegible] superstitiosos vos video. Pre-
teriens enī ⁊ videns simulacra ve-
stra inveni ⁊ arā in qua scriptū
erat. Ignoto deo. Et quis est ille
ignotus deus? Quod ergo igno-
rātes colitis: hoc ego annuncio vo-
bis. Deus q̄ fecit mundū ⁊ oīa q̄ i
eo sunt: hic celi ⁊ terre cū sit dn̄s\
nō in manu factis templis habitat.
Nec manibus humanis colit indi-
gens aliquo: cū ipse det oībus vitā
⁊ inspirationem ⁊ omnia. Fecitq̄
ex uno oē genus hoīm inhabitare
super universam faciē terre: defi-
niēs statuta tp̄a\⁊ terminos habi-
tationis eoꝝ: q̄rere deū si forte at-
trectēt eū aut inveniāt\quāvis nō lō-
ge sit ab unoquoq̄ nr̄m. In ipso
enī vivim⁹ ⁊ movemur ⁊ sum⁹: si-
cut ⁊ quidā vestroꝝ poetarū dixerunt.
Ipsius enī ⁊ creatura ⁊ genus su-
mus. Genus ergo cū sim⁹ dei: nō
debemus estimare auro et argen-
to\aut lapidi sculpture artis ⁊ co-
gitationis hominum\divinū esse
simile. Et tp̄a qdē huj⁹ ignorātie
despiciēs deus nūc annūciat hoīb⁹
ut oēs ubiq̄ penitentiā agāt eo q̄

[illegible]
[illegible] diē in quo iudicaturus est
orbem in equitate: in viro in quo
statuit fidem prebens omnibus\susci-
tans eū a mortuis. Cum audissent
autē resurrectionē mortuorū quidā
qdē irridebāt: qdā vero dixerunt.
Audiemus te de hoc iterum. Sic
paulus exivit de medio eorum.
Quidam vero viri adherentes ei
crediderūt: in quibus ⁊ dionysius
ariopagita credidit: in dominum
iesum xp̄m. Gr. Gloriosus de⁹ in — Exodi xv. C
sanctis mirabilis in maiestate fa-
ciens prodigia. ℣. Dextera tua do- — psal. cxvii.
mine glorificata est in virtute dex-
tera manus tua confregit inimi-
cum. Alleluya. ℣. Iusti epulen- — psal. lxvii.
tur et exultent in conspectu dei: ⁊
delectentur in leticia. Sequentia.
Ecce pulchra. in sco. fo. ix. Evang.
Descendens iesus de monte. in cō-
muni. fo. ix. Offer. Letamini i do-
mino et exultate iusti: et glorią-
mini omnes recti corde. Secreta.
Offerendorū tibi munerū de⁹ — psal. xxxi.
auctor ⁊ dator: presta q̄s ut
hoc sacrificiū singulare quod san-
ctis tuis in passione contulit cha-
ritatē: nobis tribuat devotionis
presidium. Per dn̄m. Co. n. Mul- — Luce vi. C
titudo languentiū ⁊ qui vexaban-
tur a spiritibus immundis venie-
bant ad eum: quia virtus de illo
exibat\⁊ sanabat oēs. Postcōio.
Sumpsimus dn̄e votiva my-
sterii deprecantes clementiā
tuam ut eoꝝ nobis fiant deprecatiōe
salutaria: quoꝝ passionis celebra-
mus gl'iosa solēnia. Per d. Sancti
gereonis sociorūq̄ ei⁹ mar. Offi.

psal. lxvii.
Iusti epulentur et exul-
tent in conspectu dei: et
delectentur in leticia. Ps.
Exurgat deus & dissipē-
tur inimici eius: & fugiant qui ode-
runt eum a facie eius. Oratio.
Da q̄s dñe sicut sctō-
rum martyꝝ tuoꝝ gereo-
nis\victoris\cassii\florētii socio-
rūq; eoꝝ natalitia celebran-
da non deserimus: ita iugiter suffra-
giis comitemur. Per dñm. Epla.
Sancti per fidē. in cōi. fo. vii. Gr.
Sap. iii. A Iustorum anime in manu dei sūt
& non tanget illos tormētum ma-
Sap. v. D litie. V. Visi sunt oculis insipien-
tium mori\illi autem sunt in pace.
Alleluya. V. Reddet deus mer-
cedem laboꝝ sanctoꝝ suoꝝ: & de-
ducet eos in via mirabili. Euāge.
Cū audieritis. in cōi. fo. ix. Offer.
psal. lxvii. Mirabilis deus in sanctis suis\
deus israel ipse dabit virtutem &
fortitudinem plebi sue\benedi-
ctus deus alleluya. Secreta.
Munera plebis tue dñe q̄s
beatoꝝ martyꝝ tuoꝝ ge
reonis\victoris\cassii\florētii so-
cioꝝq; eoꝝ fiāt tibi grata suffra-
giis: vt quorum triumphi tuo no-
mini proferuntur: ipsorum digna
perficiantur et meritis. Per do-
minum. Cōio. Iustorum anime
Sap. iii. a in manu dei sunt\et non tanget
illos tormētum malitie\visi sunt
oculis insipientium mori\illi au-
tem sunt in pace. Postcōmunio.
Adesto dñe populo tuo cū
sanctoꝝ tuoꝝ gereonis\
victoris\cassii\florentii\socioꝝq;
eoꝝ patrocinia supplicanti: vt eo-
rum fiducia nō presumit: suffra-
giis meritis assequat. Per dñm.
¶ Sancti nigasii sociorūq; eius
martyrum. Ad missam. Officiū.
Sacerdotes eius induant
salutare: et sancti eius ex-
ultatione exultabūt. Ps.
Memento domine dauid: et om-
nis mansuetudinis eius. Oratio.
Deus q̄ sanctā nobis huius
diei solēnitatem in honore
sctoꝝ martyꝝ tuoꝝ nigasii\qui-
rini\& scubiculi cōsecrasti: adesto fa-
milie tue precib⁹: & dona vt quoꝝ fe-
sta celebramus: eoꝝ meritis & auxi-
lio subleuemur. Per do. Epla. Re-
memoramini. in cōi. fol. viii. Gr.
Sacerdotes eius induā salutari\
et sancti eius exultatione exulta-
bunt. V. Illuc producā cornu da-
uid paraui lucernam christo meo.
Alleluya. V. Fulgebunt iusti & tanq̄
scintille in arundineto discurrent
in eternum. Euange. Cum perse-
quentur vos. in cōi. fol. ix. Offer.
Exultabunt sancti in gloria\leta-
buntur in cubilibus suis\exulta-
tiones dei in faucib⁹ eoꝝ. Secreta.
Preces dñe tuorum respice
oblationesq; fideliū: vt et
tibi grate sint pro tuorum honore
sanctorum nigasii\quirini\& scu-
biculi: et nobis conferant tue pro-
pitiationis auxilium. Per dñm.
Cōio. Ego vos elegi de mundo\vt
eatis et fructum afferatis\& fru-
ctus vester maneat. Postcōmunio.
Sanctoꝝ martyꝝ tuoꝝ ni-
gasii\quirini\et scubiculi

ut intercedente [illegible] placatus [illegible] et q tempoꝛaliter [illegible] in sanctitate [illegible] p d. In translatione sancti Edwardi regis et confessoris. Ad missam. Officium.

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub honore Edwardi confessoris de cuius translatione gaudent angeli et collaudant filium dei. Ps. Exultate iusti in domino rectos decet collaudatio. Ora.

Deus qui beatum regem Edwardum confessorem tuum eternitatis gloria coronasti: fac nos quesumus ita eum venerari in terris: ut cum eo regnare possimus in celis. Per d. Epla. Iustus cor suum in [illegible] Eccl. xxxix. Gr. Domine preuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. V. Uitam petiit a te et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. All'a. V. Iustus germinabit sicut lilium et florebit in eternum ante dominum. Sequen. Adest nobis in com. conf. Euang. Nemo accendit in com. unius conf. Offer. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso: vitam petiit a te et tribuisti ei alleluia. Secreta.

Sacratis altaribus hostias superpositas spiritus sanctus sua benedictione sanctificet: ut per eas tibi in honore beati Edwardi regis oblatas nobis ipso interueniente tua venerabili salutare. Per dñm. In unitate eiusdem. Com. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum domine. Postcõ.

Psal. xx.

Uitalis alimonie sumptis sacramentis quesumus domine deus noster: ut beati Edwardi confessoris tui suffragantibus meritis: celestis conuiuii iugiter esse mereamur participes. Per dominum. Alia oratio ad missam de sancto Edwardo in translatione eiusdem he tres orationes.

Omnipotens sempiterne deus qui beatum regem Edwardum sanctorum collegio sociasti: concede propitius ut qui gloriose translationis eius recolimus insignia: ipsius apud te sentiamus patrocinia. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Secreta.

Hec nos beati regis Edwardi translatio sacra letificet: sua nos domine grata reddat largitiones: et tribuat in hoc sacrificio presentie tue dulcedinem toto corde sentire. Qui viuis et regnas deus. Per omnia. Postcommunio.

Hec nobis salutem conferant sacramenta que sumpsimus: beatissimus rex Edwardus confessor tuus domine pro nobis intercessor existat: cuius venerandam translationem tribuis nos annua deuotione letari. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum. Sancti calixti pape et martyris. Ad missam. Officium.

Sacerdotes dei benedicite dominum: sancti et humiles corde laudate deum. Ps. Benedicite omnia opera domini domino.

Dan. iii. F

dominū: laudate et ſuperexaltate eum in ſecula. Oratio.

D Eus qui nos conſpicis ex nr̄a infirmitate deficere: ad amorē tuū nos miſericorditer per ſc̄ti calixti martyris tui atq pontificis exempla reſtaura. Per. Epl'a. Doctrinas vide in cōi. fo. xij. Gra. Inueni dauid ſeruū meum: oleo ſc̄o vnxi eū manus enī mea auxiliabit ei ⁊ brachiū meū cōfortabit eū. ℣. Nichil pficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis non nocebit eum. All'a. ℣. Elegit te dñs ſibi in ſacerdotem magnū in populo ſuo. Ewāg. Vigilate quia neſcitis. in cōmuni. fol. xij. Offer. Veritas mea ⁊ miſericordia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

M Unera nobis dñe pſēti oblatiōe q̄ per ſc̄ti calixti meritū nos et a reatib⁹ nr̄is expediat\ et perpetua ſaluatione cōfirmet. Per. Cōio. Beatus ſeruus quē cū venerit dominus\inuenerit vigilantem: amen dico vobis: ſup oīa bona ſua cōſtituet eum. Poſtcōio.

P Reſta dñe q̄s: vt cui⁹ paſſionis memoriā ſacramēti participatiōe recolim⁹: fide pficiēdo ſequemur. p. ¶ Scti vulfrāni epiſcopi et cōfeſſoris. Officiū.

S Tatuit ei dñs teſtamentū pacis ⁊ principē fecit eū: vt ſit illi ſacerdotii dignitas in eternū. Ps. Miſericordias dñi: ī eternū cātabo. Oro.

D A q̄s oīps deus: vt btī vulfrāni confeſſoris tui atq pōtificis veneranda ſolennitas: ⁊ deuotionē nobis augeat ⁊ ſalutem. Per. Lectio libri Eccle. Ecce ſacerdos magnus in cōi. fo. xiij. Gra. Domine preueniſti eum in benedictionib⁹ dulcedinis\poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo. ℣. Vitā petijt ⁊ tribuiſti ei: ⁊ longitudinē dierū in ſeculum ſeculi. All'a. ℣. Iuſtus germinabit ſicut liliū: ⁊ florebit i eternū ante dñm. Sequen. Adeſt nobis dies alma chorus. in cōi. fo. xij. Ewā. Homo quidam peregre. in cōi. fo. xiij. Offer. Veritas mea et miſa mea cum ipſo\et ī nomine meo exaltabitur cornu ei⁹. Secr.

R Eſpice q̄s munera pp̄li tui in ſcti vulfrāni cōfeſſoris tui atq pōtificis honore oblata: ⁊ tue teſtificatio veritatis nobis pficiat ad ſalutem. Per. Cōio. Beatus ſeruus quem cum venerit dominus\inuenerit vigilantē\amen dico vobis\ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Poſtcommunio.

Q Uos tuis dñe reficis ſacramētis\ſcti vulfrāni cōfeſſoris tui atq pontificis attolle benignus ſuffragijs: vt nr̄e redēptionis effectū\⁊ myſterijs capiamus et moribus. Per dñm. ¶ Sancti michaelis in monte tumba. Officiū.

B Enedicite dominum omnes angeli eius: potentes virtute: qui facitis verbum eius\ad audiendā vocē ſermonis eius. Ps. Benedic anima mea dño\⁊ omnia que intra me ſunt nomen ſanctum eius. Kyrie rex ſplendens.

Pſal. lxxxviij.

Ibidē.

Mat. xxiiij. D.

Eccle. xlv. D.

Pſal. lxxxviij.

et aliis vbiq; versibus. Oro.

Deus q̄ miro ordine angelorū ministeria hominūq; dispensas: concede propitius vt a quibus tibi ministrantibus in celo semp̄ assistitur: ab his in terra vita nr̄a muniatur. Per do. Lectio libri apocalypsis beati iohannis apl̄i.

Factū est prelīū magnū in celo: michael ⁊ angeli eius preliabātur cum dracone. Et draco pugnabat ⁊ angeli eius: et non preualuerūt\ neq; locus inuentus est eorū amplius in celo. Et proiectus est draco ille magnus serpēs antiquus qui vocatur diabolus ⁊ sathanas: qui seducit vniuersum orbē. Et proiect⁹ est in terrā: ⁊ angeli eius cū illo missi sūt. Et audiui vocē magnā in celo dicentē. Nunc facta est salus ⁊ virtus ⁊ regnum dei nostri\ et potestas xp̄i eius: q2 proiect⁹ est accusator fratrū nr̄orum qui accusabat illos ante cōspectū dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt illū propter sāguinē agni\ et propter verbū testimonij sui: ⁊ nō dilexerunt aīas suas vsq; ad mortē. Propterea letamini celi: ⁊ q̄ habitatis in eis. Gr. Benedicite dominum oēs sancti eius: potentes virtute qui facitis verbū eius. V. Benedic anima mea domino\ et omnia interiora mea nomen sanctum eius. Alla. V. Concussum est mare et cōtremuit terra: vbi archangelus michael descendebat de celo. Non dr̄ sequentia. Euangelium. Accesserunt discipuli. vt s. in alio festo. Credo. Offertoriū.

Stetit angelus iuxta aram tēpli habens thuribulum aureū in manu sua: ⁊ data sunt ei incensa multa\ et ascendit fumus aromatum in conspectu dei alla. Secreta. Eccle

Munus populi tui quesumus dn̄e dignāter assume quod tibi non nostris meritis\ sed sancti archangeli tui michaelis omniumq; beatorū spirituū deprecatione sit gratum. Per dn̄m nostrum iesum. Prefatio quotidiana. Cōio. Benedicite omnes āgeli domini domino: hymnū dicite et superexaltate eū ī secula. Postcōio. Dan. iii.

Beati archāgeli tui michaelis interuētione suffulti supplices te dn̄e deprecamur: vt quos honore prosequimur\ cōtingamus et mēte. Per dn̄m. ¶ Sancte etheldrede virginis nō marty. Offiū.

Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatē: propterea vnxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Oratio. Psal. xliiii.

Omnipotēs sempiterne deus auctor virtutis ⁊ amator virginitatis: da nobis quesumus sācte etheldrede virginis tue placitis tibi meritis commendari\ cuius vita merito castitatis tibi cōplacuit. Per dn̄m. Epistola. Qui gloriatur. In cōmuni. fol. xxiii. Grad. Dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem. V. Propterea vnxit te deus de⁹ tuus oleo letitie. Alleluia. V. Diffusa est gratia in la- ibidē [illegible] benedixit te deus in eternum. [illegible] Euangelium. Simile est regnum celorum decem virginibus in cõmuni fo. [illegible]. Offer. Offerentur regi virgines post eam: proxime eius offerentur tibi. Secreta.

Offerimus tibi dñe preces et munera in honore scẽ Ethelwolde virginis tue gaudentes: presta quesumus vt et conuenienter peragere: et remedium sempiternum valeamus acquirere. Per dominum. Cõio. Diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Postcõio.

Prosint nobis dñe quesumus sumpta mysteria: atque pariter nos (intercedente btã virgine tua Etheldreda) et a peccatis emundent: et presidiis tue propitiationis attollant. Per d.

¶ Sancti luce euangeliste. Offm.

Psal. xxxvi Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius. Ps. Noli emulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatẽ. Or.

Interueniat pro nobis domine quesumus sanctus lucas euangelista: qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui nominis honore portauit. Per dominum nostrum. ¶ Memoria de sancto iusto. Oratio.

Deus qui beato iusto talis fortitudinis tribuisti vt pro [illegible] corpusculo gloriosum pro tuo [illegible] propitius [illegible] ipsius [illegible] meritis: ab omnibus nos absolue peccatis. Per. Epistola. Similitudo vultuum cõ. fo. iii. Gra. Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium. Ps. Lex dei eius in corde ipsius: et nõ supplantabuntur gressus eius. Alleluia. V. Primus ad sion dicet: ecce assum: et hierusalẽ euangelistã dabo. Sequẽ. Laus deuota in communi. fo. iii. Euang. Designauit dominus. In cõ. fol. iii. Credo. Offer. Posuisti domine in capite eius coronam de lapide precioso: vitam petiit a te: et tribuisti ei alleluya. Secreta.

Donis celestibus da nobis quesumus dñe libera mẽte seruire: vt munera que deferimus (interueniente btõ luca euangelista) et medicinã nobis operentur et gloriã. P.

¶ Alia secreta de sancto iusto.

Sicut diuine potentie gloriam munera pro beati iusti martyrio oblata testantur: sic nobis effectũ dñe quesumus tue saluationis impendant. Per. Prefatio. Et te dñe. Nõ dr in hac statione per beatos apostolos. sed per beatos euangelistas. Cõio. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã et magnũ decorẽ impones super eũ dñe. Postcõio.

Presta quesumus omnipotens deus: vt id quod de sancto altari tuo percepimus: precibus beati euangeliste tui luce sanctificet animas nostras: per quod semper tuti esse possimus. Per dñm.

¶ Alia postcõio de sancto iusto.

Refecti domine benedictione celeſti queſumus te per interceſſionē beati Iuſti martyris commedicinam ſacramenti et corporibus noſtris proſit et mentibus. Per dominum. ¶ Sancte Frideſwide virginis non martyris. Officium.

Dilexiſti iuſticiam et odiſti iniquitatē: propterea unxit te deus deus tuus oleo leticie pre conſortibus tuis. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus auctor virtutis ꝛ amator virginitatis: da nobis queſumus ſāncte Fredeſwide virginis tue placitis tibi meritis commendari: cuius vita merito caſtitatis tibi cōplacuit. Per dominum. Epiſtola. Qui gloriatur. In communi. fol. xvij. Grad. Dilexiſti iuſticiam et odiſti iniquitatem. V. Propterea unxit te deus deus tuus oleo leticie. Alleluia. V. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Sequentia. Uirginis venerande. in cō. fol. xvij. Evangelium. Simile eſt regnum celorum decem virginibus. in cō. fol. xvij. Offertorium. Offerentur regi virgines poſt eam: proxime eius afferentur tibi. Secreta.

Offerimus tibi dñe preces ꝛ munera in honorē ſācte Fredeſwide virginis tue gaudentes: preſta queſumus ut ꝛ cōuenienter hec agere et remedium ſempiternū valeamus acquirere. Per dominū.

Communio. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Poſtcom. Pſal. xliiij.

Proſint nobis dñe hec ſupra myſteria: ꝛ pariter ꝛ nos (intercedente beata virgine tua Fredeſwida) a prauis eruāt ꝛ perpetuis ſue propitiationis attollant. Per. ¶ Sanctarum undecim milium virginum ꝛ martyrum. Officium.

Vultum tuū deprecabuntur omnes diuites plebis: adducentur regi virgines poſt eā: proxime eius adducentur tibi in leticia ꝛ exultatione. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Gloria patri et filio. ꝛc. Oratio. Ibidem.

Deus qui ſanctā nobis huius diei ſolēnitatē pro beatarum virginū martyrūq; tuarū glorioſa paſſione feciſti: adeſto familie tue precibus: ꝛ da ut quarū hodie feſta celebramus: meritis ꝛ interceſſionibus adiuuemur. Per dominum. Epl'a. O quā pulchra eſt caſta gene. ī cōmuni. fol. xvij. Gr. Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis. V. Cantate domino canticū nouū: laus eius in eccleſia ſanctorum. Alleluia. Pſal. cxlix. Adducentur regi virgines poſt eā proxime eius adducentur tibi in leticia. Pſal. xliiij. Euāg. Simile eſt regnū celorū decē vir. in cō. fol. xvij. Offer. Offerentur regi virgines poſt eā proxime eius afferentur tibi. Secreta. Ibidem.

Oblata munera queſumus dñe ita ſanctarū [illegible] re: vt ſancti ſpiritus perfundatur benedictione: vt in noſtris corporibus eam diſcretionem auditus ſuſcipiamus: per quā ſancte virgines martyreſq; tue\ oīa corporis tormenta deuicerūt. Per dominum. in vnitate eiuſdem. Cōio. Quinq; prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis cum lampadibus: media autem nocte clamor factus eſt\ ecce ſponſus venit exite obuiā chriſto domino. Poſtcōio.

Mat. xxv. A

S Umpſimus dñe ſanctarū virginū martyrūq; tuarū ſolēnitate celeſtia ſacramēta: quarum ſuffragiis queſumus largiatur: vt quod tēporaliter gerimus\ eternis gaudiis cōſequamur. Per dominum. ¶ Sancti romani rothomagenſis archiepiſcopi et confeſſoris. Ad miſſam. Officium.

Eccle xlv. d

S Tatuit ei dñs teſtamentū pacis: et principē fecit eū\ vt ſit illi ſacerdotii dignitas in eternū. Ps. Miſericordias dñi: in eternū cantabo. Or.

Psal. lxxx viii.

D Eus cui beatus romanus pontifex ita ſctitatis gratia decoratus cōplacuit: vt tuorū cōſortiū in celis promereretur ſanctorū: da eccleſie tue queſum' ei' interuentu perpetuā conſequi letitiā: cuius depoſitionis diem gratulando celebrat ſolemnē. Per do. Epla. Juſtū deduxit dñs. in cōi. cōf. ij. Gr. Ecce ſacerdos magn'\ qui in diebus ſuis placuit deo. V. Non eſt inuentus ſimilis illi: qui conſeruaret legem excelſi. Alleluya. V. Jnueni dauid ſeruū meū: oleo ſancto meo vnxi eum. Euangelium. Vigilate quia neſcitis. In commune. fol. xij. Offertorium. Veritas mea et miſericordia mea cum ipſo: et in nomine meo exaltabitur cornu eius. Secreta.

Eccle xliiii. C

S Acrificium deuotionis noſtre queſumus omnipotens deus clementer reſpice: et interceſſione beati romani cōfeſſoris tui atq; pontificis\ per hoc nobis ſalutem mentis et corporis benigne impende. Per dominum. Cōio. Fidelis ſeruus et prudens quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam: vt det illis in tempore tritici menſuram. Poſtcōio.

C Oncede ꝗſumus dñe de' noſter\ vt myſteria ſctā q ſumpſimus (intercedēte beato romano cōfeſſore tuo atq; pontifice) et gratiā nobis deuotionis obtineāt et effectū beate perennitatis acquirāt. Per. ¶ Sctōꝝ criſpini et criſpiniani martyrū. Officium.

S Alus autē iuſtorū a dño: et protector eorū eſt in tēpore tribulationis. Ps. Noli emulari in malignātibus: neq; zelaueris facientes iniquitatē. Or.

D Eus qui ſanctis martyribus tuis criſpino et criſpiniano coronam martyrii preſtitiſti: concede queſumus\ vt eorum interceſſione veniam conſequamur delictorū\ et eterna gaudia beatorum. Per dominum. ¶ Memoria de tranſlatione ſancti iohannis de beuerlaco epiſcopi et confeſſoris. Oratio.

Deus qui hunc diē ſancti ſanctiſſimi iohannis confeſſoris tui atq; pontificis tranſlatione decoraſti: fac nos queſumus ei⁹ meritis et precibus in ſanctorū tuorum ſocietate transferri. Per do. Epla. Spectaculum facti. in cō. fo. lvi. Gr. Ecce q̄ bonum ⁊ q̄ iocundum habitare fratres in unū. V. Sicut unguentum in capite\ quod deſcendit in barbā barbam aaron. Alleluya. V. Juſti epulentur ⁊ exultent in conſpectu dei\ et delectentur in leticia. Sequētia. Ecce pulchra. in commune. fol. viij. Evangel. Ecce ego mitto. in comuni. fol. ij. Offer. Gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum dñe quoniam tu benedices iuſto: domine ut ſcuto bone voluntatis tue coronaſti nos. Secreta.

Concede queſumus omnipotens deus\ ut his muneribus que pro ſanctorum martyrum tuorum criſpini et criſpiniani honore deferimus: et te placatum exhibitis\ et nos vivificemur acceptis. Per dominum no. Alia ſecreta de ſancto iohāne.

Reſpice queſumus dñe propitius ad humilitatis noſtre ſupplicem ſervitutē: ⁊ intercedente beato iohāne cōfeſſore tuo atq; pontifice\ cuius tranſlationē celebramus: hoſtias quas in honore eius ſacris altaribus immolamus benignus aſſume. Per do. Communio. Et ſi coram hominibus tormēta paſſi ſunt: deus tentavit eos: tanq̄ aurum in fornace probavit eos\ et quaſi holocauſta accepit illos. Poſtcommunio.

Sanctorū martyrū tuorū criſpini ⁊ criſpiniani q̄s dñe precib⁹ adiuvemur: ⁊ eorū ſolennia ſacris myſterijs celebrantes\ fac nos tuo nō ſemper eſſe devotos. Per. ¶ Alia poſtcō de. ſ. iohāne.

Preſta nobis dñe queſumus beati iohānis confeſſoris tui atq; pontificis meritis ⁊ precibus adiuvari: ut quod preſentib⁹ celebram⁹ officijs\ eius ſuffragio perpetue ſalvationis gaudijs aſſequamur. Per dñm. ¶ In vigilia apl'orū ſimonis ⁊ iude. Officiū.

Intret in cōſpectu tuo dñe gemitus compeditorū: redde vicinis noſtris ſeptuplum i ſinu eorū: vindica ſanguinē ſanctorū tuorum qui effuſus eſt. Ps. Deus venerunt gentes in hereditatem tuā: polluerunt templū ſanctum tuū: poſuerunt hieruſalem in pomorū cuſtodiā. Oratio. Psal. lxxviij.

Concede q̄s omnip̄s deus: ut ſicut apoſtolorū tuorum ſimonis et iude glorioſa natalitia prevenimus: ſic ad tua beneficia promerenda maieſtatē tuā pro nobis ipſi preveniāt. Per do. Epla. Juſtorum aīe. in cōi. fol. viij. Gr. Vindica domine ſanguinē ſanctorū tuorū qui effuſus eſt. V. Poſuerunt mortalia ſervorū tuorū eſcas volatilibus celi carnes ſanctorū tuorū beſtijs terre. Si vero vigi. in dñica evenerit. Alla. V. Sancti tui dñe florebunt ſicut lilium\ et ibidē [illegible] [illegible] te. [illegible] Offertoriū. Exultabunt sancti in gloria\ letabuntur in cubilibus suis\ exaltationes dei in faucibus eorum. Secreta. Psal. cxlix.

Accepta tibi sit quesumus domine nostre devotionis oblatio: et ad apostolicā puriores nos faciat pervenire festivitatē. Per dominū. Prefatio quotid. Com.

Sap. iii. A Iustorū aīe in manu dei sunt: et non tanget illos tormentum malitie: visi sunt oculis insipientiū mori: illi autē sunt in pace. Postcō.

Quesumus domine salutaribus repleti mysteriis: vt quorū solennia celebramus\ eorum orationibus adiuvemur. Per do. ¶ In die apostolorum Simonis et Jude. Officiū.

Psal. cxxxviii. Michi autē nimis honorati sunt amici tui deus: nimis cōfortatus est principatus eorum. Ps. Domine pbasti me et cognovisti me: tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam. Oratio.

Deus qui nos per beatos apostolos tuos simonem\ et iudam ad agnitionem tui nominis venire tribuisti: da nobis eorū gloriam sempiternam\ et proficiendo celebrare\ et celebrando proficere. Per dñm. Ad romanos.

viii. f Fratres. Scimus qm̄ diligētibus deū oīa cooperantur in bonū: his q̄ scḋm ppositū vocati sunt sancti. Nam quos prescivit\ et predestinavit conformes fieri imaginis filii sui: vt sit ipse p mogenitus in multis fratribus. Quos autē predestinavit: hos et vocavit. Et quos vocavit: hos et iustificavit. Quos autē iustificavit: illos et magnificavit. Quid ergo dicem⁹ ad hec? Si deus p nobis: quis cōtrā nos? Qui etiā ppzio filio suo nō pepercit\ sed p nobis oībus tradidit illum: quomodo nō etiā cū illo oīa nobis donavit? Quis accusabit adversus electos dei? Deus qui iustificat: quis est q̄ condēnet? Christ⁹ iesus qui mortuus est\ immo q̄ et resurrexit\ q̄ est ad dexterā dei: qui etiā interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit a charitate christi? Tribulatio\ an angustia\ an persecutio\ an fames\ an nuditas\ an periculū\ an gladius? Sicut scriptum est. Quia ppter te mortificamur tota die: estimati sum⁹ sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus: propter eū qui dilexit nos. Cert⁹ sum enī q2 neq3 mors\ neq3 vita\ neq3 angeli\ neq3 principatus\ neq3 potestates\ neq3 virtutes\ neq3 instātia\ neq3 futura\ neq3 fortitudo\ neq3 altitudo\ neq3 profundum\ neq3 creatura alia poterit nos separare a charitate dei: Que est in xp̄o iesu dn̄o nr̄o. Gr. Nimis honorati sūt amici tui deus nimis cōfortat⁹ est principat⁹ eorum. V̄. Dinumerabo eos: et super arenam multiplicabuntur. Alle. V̄. Non vos me elegistis\ sed ego elegi vos et posui vos vt eatis et fructum afferatis\ et fruct⁹ vester [illegible] sapientia a Grad. [illegible] vobis ut diligatis invicem. Offer. In omnē terram exiuit sonus eorū: et in fines orbis terre verba eorū. Secreta.

Gloriam dñe sanctorū tuorum apostolorū Simonis & Jude perpetuam venerātes: qs ut eam sacris mysteriis expiati dignius celebremus. Per dominū. [illegible] Et te dñe. Cōio. Vos qui secuti estis me: sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel dicit dominus. Postcōm.

Sanctificato diuino mysterio qsumus omnips deus: ut pro quibus [illegible] eorū non desit oratio: quorum nos donasti patrocinio gubernari. Per dñm. ¶ In vigilia omnium sanctorum. Officium.

Timete dñm omnes sancti eius: quoniam nichil deest timentibus eū: divites eguerunt & esurierunt: inquirentes autem dominū non deficiēt omni bono. Ps. Benedicam dñm in omni tēpore: semper laus eius in ore meo. Oratio.

Domine deus noster multiplica sup nos gratiam [illegible] sanctorum tuorum quorum preuenimus gloriosa solennitate subsequi sancta professione letitiam. Per dominum. [illegible] memoria. Lectio libri Apocalipsis beati Johannis apli.

In diebus illis. Ecce ego Johannes vidi in medio throni et quatuor animaliū & in medio seniorū agnū stantē tanquā occisū habentem cornua septem & oculos septem: qui sunt septem spiritus dei missi in omnē terrā. Et venit: et accepit de dextera sedentis in throno librū. Et cum aperuisset librū: quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt corā agno habentes singuli cytharas et phialas aureas plenas odoramentorū: que sunt orationes sanctorū. Et cantabāt canticū novum dicentes. Dignus es dñe deus noster accipere librū & aperire signacula eius: quoniā occisus es: & redemisti nos deo in sanguine tuo: ex omni tribu et lingua & populo & natione. Et fecisti nos deo nostro regnū & sacerdotes: & regnabunt sup terrā. Et vidi/et audivi vocē angelorū multorū in circuitu throni et animaliū et seniorū: & erat numerus eorū milia miliū voce magna dicentium. Dign⁹ est agn⁹ qui occisus est accipere virtutē & divinitatē & sapientiam & fortitudinem & honorem et gloriam et benedictionem: in secula seculorum amen. Gr. Exultabunt sancti in gloria: letabuntur in cubilibus suis. V. Cantate dño canticum novum: laus ei⁹ in ecclesia sanctorū. Si hec vigilia dñica evenerit: dicatur missa de vigilia in capitulo cum hoc. Alla. V. Mirabilis dñs noster in sanctis suis. Et sic ad magnam missam que erit de dñica: fiat memoria de sancto quintino cū hac oratione. Deus qui ecclesiā. Secreta & Postcōmunio que sunt in fine [illegible] iohannis.

Psal. cxlix.

Psal. lxvii.

xvii. B.

IN illo tempore eleuatis ieſus oculis in diſcipulos ſuos: dixit. Pater ſancte/ ſerua eos in nomine tuo quos dediſti michi: vt ſint vnum ſicut et nos. Cū eſſem cū eis: ego ſeruabam eos in nomine tuo. Quos dediſti michi ego cuſtodiui: et nemo ex eis periit niſi filius perditionis/ vt ſcriptura impleatur. Nunc autē ad te venio/ et hec loquor in mundo/ vt habeant gaudiū meum impletū in ſemetipſis. Ego dedi eis ſermonē tuū/ et mundus eos odio habuit: quia non ſunt de mundo ſicut et ego nō ſum de mundo. Nō rogo vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos a malo. De mundo nō ſunt: ſicut et ego nō ſum de mūdo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuꝰ veritas eſt. Sicut tu me miſiſti in mūdum: et ego miſi eos in mūdum. Et ꝓ eis ego ſanctifico meipſum: vt ſint et ipſi ſanctificati in veritate. Non ꝓ his autem rogo tantum/ ſed et ꝓ eis qui credituri ſunt per verbum illorum in me. Vt oēs vnum ſint ſicut tu pater in me et ego in te/ vt et ipſi in nobis vnum ſint: vt credat mundus quia tu me miſiſti. Et ego claritatē quam dediſti michi dedi eis: vt ſint vnum ſicut et nos vnum ſumus. Ego in eis et tu in me: vt ſint conſummati in vnum. Et cognoſcat mundus quia tu me miſiſti: et dilexiſti eos ſicut et me dilexiſti. Pater/ quos dediſti michi volo vt vbi ego ſum/ et illi ſint mecum: vt videant claritatem meam quam dediſti michi: quia dilexiſti me ante mundi conſtitutionem. Pater iuſte/ mundus te nō cognouit: ego autem te cognoui. Et hi cognouerunt qꝛ tu me miſiſti: et notū feci eis nomen tuū et notum faciā. Vt dilectio qua dilexiſti me i ipſis ſit: et ego i eis. Off. Letamini i dn̄o et exultate iuſti: et gloriamini oēs recti corde. Secre.

ALtare tuum domine muneribus cumulamus oblatis: da queſumus vt ad ſalutem noſtram omniū ſanctorū tuorū precatione proficiant/ quorum ſollennia ventura precurrimus. Per dominū. Co. Iuſtorū aīe in manu dei ſunt: et non tanget illos tormentū malitie: viſi ſūt oculis inſipientiū mori/ illi autē ſūt i pace. Poſtcom.

SAcramentis domine et gaudiis optate celebritatis expletis: queſumus vt eorū precibus adiuuemur/ quorum recordationibus exhibentur. Per dominum.

De ſcō quintino marty. Oro.

DEus qui eccleſiam tuam annua beati quintini martyris tui ſolennitate letificas: concede propitius vt qui memoriam illius digna ſeruitute veneramur/ interceſſorem eum ſemper apud te habere mereamur. Per dominum noſtrum. Secreta.

IN veneratione beati quintini martyris tui omnipotens deus/ tibi laudis hoſtiam immolamus orantes: vt ipſe pro nobis interceſſor exiſtat/ q̄ pro tuo nomine glorioſa morte occubuit. Per dominum noſtrum. Poſtcom.

Percipiat domine quesumus plebs tua (intercedente beato Quintino martyre tuo) miſericordiā quā depoſcit: ut tuis ſemper digna inveniatur ſacramentis. Per dominum. ¶ In die omniū ſanctorum. Ad miſſam. Officium.

Gaudeamus omnes in domino/ diem feſtū celebrantes ſub honore omnium ſanctorum: de quorū ſolennitate gaudent angeli: et collaudant filium dei. Ps. Exultate iuſti in domino: rectos decet collaudatio. Oro.

Omnipotēs ſempiterne deus: qui nos omnium ſanctorū merita ſub una tribuiſti celebritate venerari: queſumus ut deſideratam nobis tue propitiationis abundantiā multiplicatis interceſſoribus largiaris. Per dñm nrm. &c.

Lectio libri apocalypſis beati Johannis apoſtoli.

DIlectus deo et hominibꝰ: cuius memoria in benedictione eſt. Similē illū fecit in gloria ſanctorum: et magnificauit eū in timore inimicorū: et in verbis ſuis mōſtra placauit. Glorificauit eum in conſpectu regum: ⁊ vnxit illum coram populo ſuo et oſtēdit illi gloriam ſuam. In fide ⁊ lenitate ipſius ſanctum fecit illum: ⁊ elegit eum ex omni carne. Audiuit enim vocem ipſius: ⁊ induxit illū in nube. Et dedit illi cor ad precepta: et legem vite ⁊ diſcipline. Gr. Ecce ſacerdos magn⁹ qui ī diebus ſuis placuit deo. ℣. Nō eſt inuentus ſimilis illi: qui conſeruaret legē excelſi. Gr. Iurauit dn̄s et non penitebit eum: tu es ſacerdos ineternum: ſecūdū ordinē melchiſedech. ℣. Dixit dn̄s domino meo: ſede a dextris meis. Gr. Inueni dauid ſeruum meū: oleo ſancto meo vnxi eū. Man⁹ enim mea auxiliabitur ei: et brachiū meum confortabit eum. ℣. Nichil proficiet inimicus in eo: ⁊ filius iniquitatis non nocebit eum. Gr. Dn̄e preueniſti eum in benedictionib⁹ dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronā de lapide precioſo. ℣. Vitā petijt et tribuiſti ei: longitudinem dierum in ſeculū ſeculi. Alla. ℣. Iuſtus germinabit ſicut lilium: ⁊ florebit ī eternū ante dominum. Alla. ℣. Amauit eum dominus ⁊ ornauit eum: ſtola glorie induit eū. Alla. ℣. Diſpoſui teſtamētū electis meis: iuraui dauid ſeruo meo. Alla. ℣. Elegit te dn̄s ſibi in ſacerdotem magnū in populo ſuo. Alleluya. ℣. Inueni dauid ſeruū meū: oleo ſancto meo vnxi eum. Alleluya. ℣. Poſui adiutorium ſuper potentem: ⁊ exaltaui electū de plebe mea. Tractus.

Beatus vir q̄ timet dn̄m: in mādatis ei⁹ cupit nimis. ℣. Potēs in terra erit ſemē ei⁹: generatio rectorū bn̄dicet. ℣. Gloria et diuitie in domo ei⁹: ⁊ iuſtitia eius manet in ſeculum ſcl'i. Sequētia.

p. cxi.

eodē.

Adeſt nobis dies alma: et magno gaudio plena. In qua ſancta deo grata cōgaudet eccleſia. Hodie celeſtis letatur turma que gloriā cātat ī excelſis voce dulciſſona cū ſimphonia. Hodie polorū ſancta agmina collaudant regē deū noſtrū natū ex virgine ſctā maria. Aue inclyte preſul: vel cōfeſſor N. flos pulcherrime. Tu veſtigia xp̄i ſecutus es fide deuota. Eterni regis adept⁹ es regna. Iam gratularis in domo ſupera poſſidens ſedes almas. Quem poſtulamus et poſcimus vna. Adiuuent tua ſancta ſuffragia fragilem vitā noſtrā. O beate. O ſancte N. Laus tibi ī gloria. O beate. O ſancte N. Pro nobis ſupplica. Ut vna mereamur ſancta celorum tēpla. Poſſidere leti cernentes alma gaudia que ſunt plena. Sit deo laus honorq; et iubilatio caſta. Qui regnat per omnia ſeculorum ſecula. Amen dicant omnia. Sequentia.

Alma cohors vna laudum ſonora nūc ꝓpine ꝑconia. Quibus en inſignis rutilat N. vt luna ſolq; ſydera. Meritorum eſt mirifica radiās idē ſacra prerogatiua. Hunc nam ſophie myſtica ornauerunt mire dogmata qua fulſit nitida: luculenter perampla orbis climata. Verbi nēpe fructifera ſeuit diuini ſemina mentiū per arua pellēdo quoqꝫ cūcta noctis nubila. Hic lamina fūgēs diuinꝰ vt pote celeſtia ferēs i ſe numina. Sublimauit catholica vehemēter culmina ſācta per eloquia. In nēpe celſe compos glorie nūc exultat inter letabūda celicolarū ouās contubernia. Sublimis extat ſede ſupera fruēs vita ſemper inexhauſta ſat per ſaluberrima xp̄i paſcua. O dignū cuncta laude precelſa. Preſulem tāta nactum gaudia. Virtutū propter merita: quibus viguit ardens velut lāpada. Nos voce clara hunc ꝗ iocunda. Dantes oremus preces et vota. Qui nobis ferat commoda impetret ꝗ eterna poſcens ſimia. Quod petit preſens caterua: preſulum gēma. Deuota rependens munia mente ſincera. Fauendo ſibi precum inſtantia: ſcilicet vt polorum intret limina. Quo iam intra palacia ſtantes ſuprema. Leti gratulemur adepti polorū regna. Qui tua preſul ſiſtentes hac aula iubilemꝰ ingenti cum leticia. Recinentes dulcia: nūc celſaqꝫ alſa.

¶ Euangelium Scd̄m Mattheū

xxv. B In illo tp̄e. Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis: parabolā hanc. Homo quidā peregre proficiſcens vocauit ſeruos ſuos: et tradidit illis bona ſua. Et vni dedit quinqꝫ talenta: alij autem duo: alij vero vnū. Vnicuiqꝫ ſcd̄m propriā virtutē. Et profectꝰ eſt ſtatim. Abijt autē qui quinqꝫ talentā acceperat et operatus eſt in eis: et lucratus eſt alia quinqꝫ. Similiter qui duo acceperat: lucratus eſt alia duo. Qui aūt vnū acceperat: abiēs fodit in terram\ et abſcōdit pecuniā dn̄i ſui. Poſt multū vero tēporis venit dn̄s ſeruorū illorū: ꝗ poſuit rationem cum eis. Et accedēs qui quinqꝫ talenta acceperat: obtulit alia quinqꝫ talēta dicēs. Domine quinqꝫ talenta tradidiſti michi: ecce alia quinqꝫ ſuperlucratus ſum. Ait illi dn̄s eius. Euge ſerue bone et fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituā. Intra in gaudiū dn̄i tui. Acceſſit autem ꝗ qui duo talēta acceperat et ait. Dn̄e: duo talenta tradidiſti michi: ecce alia duo ſuperlucratꝰ ſum. Ait illi dn̄s eius. Euge ſerue bone ꝗ fidelis: quia ſup pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te cōſtituā. Intra in gaudium domini tui.

¶ Secundum Marcum.

In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Videte\ vigilate et orate. Neſcitis enim quādo tēpus ſit. Sicut homo q̄ peregre profectus reliquit domum ſuam: ꝗ dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſqꝫ operis: ꝗ ianitori precepit vt vigilet. Vigilate ergo. Neſcitis enim quando dn̄s domus veniat: ſero\ an media nocte: an gallicantu\ an mane. Ne cum venerit repēte inueniat vos dormientes. Quod autem vobis\ dico omnibus dico vigilate. xiii.

Secundum Matheum xxiii D

In illo tēpore. Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Vigilate qꝫ neſcitis qua hora dominus veſter venturus ſit. Illud autem ſcitote quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora fur venturus eſſet: vigilaret vtiq; et non ſineret perfodi domum ſuam. Ideo et vos eſtote parati: quia neſcitis qua hora filius hominis venturus eſt. Quis putas eſt fidelis ſeruus et prudens: quem conſtituit dñs ſupra familiam ſuam: vt det illis cibum in tẽpore? Beatus ille ſeruus quem cum venerit dominus eius inuenerit ſic facientem. Amen dico vobis quoniam ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. Euangelium. Homo quidã no. vtꝫ. fo. vj. In tpe paſcha. Euãg. Ego ſũ vitis vera. vtꝫ. fo. j. Offer. Veritas mea et miſericordia mea cum ipſo et in nomine meo exaltabitur cornu eiꝰ. In tẽpore paſcha. Alla. Offer. Inueni dauid ſeruum meum: et in oleo ſancto vnxi eũ: manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum. In tẽpore paſchali. Alleluya. Secreta.

Propiciare quesumꝰ domine ſupplicationibꝰ noſtris et intercedẽte pro nobis beato N. confeſſore tuo atq; pontifice: his ſacramẽtis celeſtibus ſeruientes: ab omni culpa liberos eſſe concede: vt purificãte nos gr̃a tua: eiſdem quibꝰ famulamur myſterijs emũdemur. Per dominũ. Alia ſecreta

Reſpice q̃ſumus dñe munera populi tui in beati N. confeſſoris tui atq; pontificis honore oblata: et tue teſtificatio veritatis nobis pficiat ad ſalutem. Per dñm. Cõio. Dñe quinq; talẽta tradidiſti michi: ecce alia quinq; ſuperlucratus ſum: euge ſerue fidelis: quia in pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam. Intra in gaudium domini tui. In tempore paſchali. Alleluya. Cõmunio math xxv.

Beatus ſeruus quem cum venerit dominꝰ inuenerit vigilãtem: amen dico vobis ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. In tpe paſchali. Alleluya alla. Cõio. math xxiiij D

Fidelis ſeruus et prudens quẽ cõſtituit dñs ſup familiã ſuã: vt det illis i tẽpore tritici menſuram. In tẽpore paſchali. Alleluya alla. Poſtcõio. ibidẽ. D

Preſta q̃s dñe deus noſter: vt diuinis myſterijs expiati: intercedente beato N. cõfeſſore tuo atq; pontifice: ad ſuperni plenitudinem ſacramenti cuius libauimus ſãcta tẽdamus. Per dominum noſtrum. Alia poſtcõmunio.

Uos tuis domine reficis ſacramẽtis ſãcti N. cõfeſſoris tui atq; põtificis attolle benignus ſuffragijs: vt noſtre redemptionis effectum et myſterijs capiamus et mẽtibus. Per dñm.

¶ In natali vnius cõfeſſoris et doctoris Officium.

Sacerdotes dei bñdicite dominũ: ſãcti et humiles corde laudate deum. In tempore paſchali. Alla alla. Ps. Bñdicite oĩa opa dñi dño laudate et ſuperexalte eum in ſecula. Gloria. Oratio. Dan. iij. D.

Exaudi dñe p̃ces nr̃as: quas i ſãcti N. cõfeſſoris tui atq;

doctoꝛis ſolẽnitate deferimꝰ vt q̄ tibi digne meruit famulari eiꝰ p̄cibus ab oībus abſolue peccatis. Per dñm. ¶ Lectio libri ſapientie.

Eccli xlvij. B

Dedit dñs confeſſionē ſctō ſuo ⁊ excelſo ī verbo glꝛ'e. De om̄i coꝛde ſuo laudauit dñm: ⁊ dilexit eū qui fecit illū. Et dedit illi cōtra inimicos potētiā: ⁊ ſtare fecit cantoꝛes cōtra altare: ⁊ in ſono eoꝛū / dulces fecit modulos. Et dedit in celebꝛationibus decus: et oꝛnauit tempoꝛa / vſqꝫ ad conſummationē vite: vt laudarent nomē ſanctum domini: et amplificarent mane ſanctitatem dei. Chꝛiſtus purgauit peccata ipſius: ⁊ exaltauit in eternum coꝛnu eius. Sapiētia laudabit animā ſuā: ⁊ in domino honoꝛabitur: et in medio pplī ſui gloꝛiabitur. Et in eccleſijs altiſſimi aperiet os ſuum: et in conſpectu virtutis ipſiꝰ gloꝛiabitur. In medio populi exaltabitur: et ī plenitudine ſancta admirabitur. In multitudine electoꝛū habebit laudē: ⁊ inter benedictos: benedicetur. ¶ Lectio libri ſapientie.

vij. A

Optaui / ⁊ datꝰ eſt michi ſenſus / ⁊ inuocaui / ⁊ venit ī me ſpūs ſapientie. Et pꝛepoſui illā regnis ⁊ ſedibꝰ: ⁊ diuitias nichil eſſe dixi / ī cōparatiōe illiꝰ. Nec cōparaui illi lapidē p̄cioſū: qm̄ om̄e aurum in comparatione illiꝰ / arena eſt exigua: ⁊ tanq̄ lutum eſtimabitur argentū in conſpectu illius. Super ſalutem ⁊ ſpeciē dilexi illā: ⁊ pꝛopoſui pꝛo luce habere illam: quoniam inextinguibile eſt lumen illius. Venerunt autē michi omnia bona pariter cum illa: ⁊ innumerabilis honeſtas per manus illius: ⁊ letatus ſum in omnibus quoniam antecedebat me iſta ſapientia / et ignoꝛabam / quoniā hoꝛum omnium mater eſt. Quam ſine fictione didici: ⁊ ſine inuidia communico. Et honeſtatem illius non abſcondo. Gꝛ. Jurauit dñs ⁊ nō penitebit eum: tu es ſacerdos in eternum ſecundum oꝛdinē melchiſedech. ℣ Dixit dñs dño meo: ſede a dextris meis. Alla. ℣ Amauit eum dñs et oꝛnauit eum: ſtola gloꝛie induit eū. ¶ Sequentia de communi vnius cōfeſſoꝛis ⁊ pontificis. quere ſupꝛa. fo. xij. Infra. lxx. Tractus Beatꝰ vir. vt s. fo. ij.

Psa

Ecc

¶ Secundum mattheum.

v.

In illo tēpoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Vos eſtis ſal terre. Quod ſi ſal euanuerit: ī quo ſalietur: Ad nichilū valet vltra: niſi vt mittat foꝛas / ⁊ cōculcetur ab hominibus. Vos eſtis lux mūdi. Nō poteſt ciuitas abſcondi ſupꝛa mōtē poſita: neqꝫ accendūt lucernā: ⁊ ponūt eam ſub modio / ſed ſuper cādelabꝛū: vt luceat oībus qui in domo ſunt. Sic luceat lux veſtra coꝛā hominibus: vt videant opera veſtra bona: ⁊ gloꝛificent patrē veſtrū qui ī celis eſt. Nolite putare / quoniā veni ſoluere legē aut pꝛophetas. Non veni ſoluere / ſed adimplere. Amē dico vobis: donec tranſeat celum ⁊ terra: iota vnum aut apex vnus / non pꝛeteribit a lege donec oīa fiant.

Qui ergo ſoluerit vnũ de mandatis iſtis minimis\ et docuerit ſic homines: minim⁹ vocabitur ĩ regno celorũ. Qui autẽ fecerit & docuerit: hic magn⁹ vocabitur: ĩ regno celorũ. Offer. Veritas mea & mĩa mea cũ ipſo: & ĩ nomine meo exaltabitur cornu eius. ¶ In tẽpore paſchali. Alla. Secreta.

Munera queſum⁹ dñe tibi dicata ſanctifica: et intercedente beato N. confeſſore tuo atq; doctore\ per eodẽ nos placat⁹ intende. Per dñm. Cõio. Fidelis ſeruus & prudẽs quẽ cõſtituit dñs ſuper familiã ſuã: vt det illis in tẽpore tritici menſurã. ¶ In tempore paſcha Alla alla. Poſtcõio.

Preſta q̃ſumus omnipotẽs de⁹: vt de perceptis muneribus gratias exhibentes\ intercedente beato N. confeſſore tuo atq; doctore\ beneficia potiora ſumamus. Per dominum. ¶ In natali vnius confeſſoris & abbatis.

Os iuſti meditabitur ſapientiã\ et lingua eius loquetur iudicium: lex dei eius in corde ipſius. Ps. Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatem. Oratio.

Deus q̃ beatũ N. cõfeſſorẽ tuum atq; abbatẽ ſanctitatis gratia decoraſti: ipſius meritis fac nos bonis operibus abũdare: vt a te ſũmo bono oĩe qd expedit: mereamur impetrare. Per dñm. ¶ Lectio libri ſapientie.

Iuſtus cor ſuũ tradet ad vigilandũ diluculo\ ad dñm qui fecit illum & in conſpectu altiſſimi deprecabitur. Aperiet os ſuũ in oratione: & ꝓ delictis ſuis deprecabitur. Si enim magnus dñs voluerit: ſpiritu ĩtelligẽtie replebit illũ. Et ipſe tanq̃ imbres mittet eloquia ſapientie ſue: & in oratione confitebitur dño. Et ipſe diriget cõſiliũ eius & diſciplinã: et in abſcõditis ſuis conſiliabitur. Et ipſe palã faciet diſciplinã doctrine ſue: & in lege teſtamẽti dñi gloriabitur. Collaudabunt multi ſapientiã ei⁹: & vſq; in ſeculũ non delebitur. Non recedet memoria eius: & nomẽ eius requiretur: a generatione ĩ generationẽ. Gr. Os iuſti meditabitur ſapientiam: & lingua eius loquetur iudiciũ. V. Lex dei ei⁹ ĩ corde ipſi⁹: & nõ ſupplãtabuntur greſſus ei⁹. Alla. V. Poſui adiutoriũ ſup potẽtẽ\ & exaltaui electũ de plebe mea. Sequẽtia. Adeſt nobis. vts. fo. xij. vel tract⁹. Deſideriũ anime eius. vts. fo. iiij.

Eccl'i. xxxix. A

Pſal. xxxvi

¶ Secundum Lucam.

In illo tẽpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Nemo accẽdit lucernã\ & in abſcondito ponit neq; ſub modio: ſed ſuper candelabrũ\ vt qui ingrediuntur\ lumen videãt. Lucerna corporis tui\ eſt oculus tuus. Si ocul⁹ tu⁹ fuerit ſimplex: totũ corpus tuũ lucidũ erit. Si autẽ nequã fuerit: etiã corpus tuũ tenebroſũ erit. Vide ergo ne lumẽ quod ĩ te eſt: tenebre ſint. Si ergo corp⁹ tuũ totũ lucidũ fuerit.

xi. C

tiõ habẽs aliquam partẽ tenebꝛarũ: erit lucidũ totũ. Et ſicut lucerna P̃. xx. fulgoꝛis illuminabit te. Offr. Deſideriũ aĩe ei⁹ tribuiſti ei dñe: et voluntate labioꝛũ ei⁹ nõ fraudaſti eũ: poſuiſti in capite eius coꝛonam de lapide precioſo. Secreta.

Sacrificiũ dñe quod ꝓ ſcti N. confeſſoꝛis tui atq̃ abbatis ſolẽnitate deferim⁹: tibi q̃s fiat acceptũ: ⁊ eius interuenientibus meritis: nobis augeat/ te donante ſuffragiũ. Per dñm. Cõio. Mat. xxiiij D Fidelis ſeruus et prudens quem conſtituit dñs ſuper familiã ſuã vt det illis in tempoꝛe tritici menſuram. In tempoꝛe paſchali. Alleluya alleluya. Poſtcommunio.

Libantes dñe ſacroſancta myſteria/ ꝑcede nobis q̃s gratiam tuã: vt q̃ votis expetim⁹: intercedẽte btõ N. ꝯfeſſoꝛe tuo atq̃ abbate: ꝯuerſatiõe tibi placita cõſequamur. Per dominum noſtrũ.

Pſal. xxxvi ¶ De quocunq̃ cõfeſſoꝛe. Offiũ.

Os iuſti meditabitur ſapientiã: et lingua eius loquetur iudi- Ibid. cium: lex dei eius in coꝛde ipſius. P̃s. Noli emulari in malignãtibus neq̃ zelaueris faciẽtes iniq̃tatẽ. Orõ.

Adeſto dñe precibus nr̃is quas in ſancti. N. confeſſoꝛis tui ſolẽnitate deferimus: vt q̃ nr̃e iuſtitie fiduciã nõ habem⁹: eius qui tibi placuit meritis ⁊ precibus adiuuemur. Per dominum noſtrum ieſum xp̃m filium tuũ.

¶ Lectio libꝛi ſapientie.

Iuſtum deduxit dñs ꝑ vias rectas: ⁊ oſtendit illi regnũ dei. Et dedit illi ſciẽtiã ſctoꝛum: honeſtauit illũ in laboꝛibus: et cõpleuit laboꝛes illius. In fraude circũuenientium illi affuit: ⁊ honeſtũ fecit illum. Cuſtodiuit eũ ab inimicis/ ⁊ a ſeductoꝛibus tutauit illũ: ⁊ certamẽ foꝛte dedit illi vt vinceret: ⁊ ſciret quoniã omniũ potẽtioꝛ eſt ſapiẽtia. Hec vẽditũ iuſtũ nõ dereliquit: ſed a peccatoꝛibus liberauit eum. Deſcẽditq̃ cũ illo ĩ foueã: ⁊ ĩ vinculis nõ dereliquit illũ: donec afferret illi ſceptrum regni: ⁊ potẽtiã aduerſ⁹ eos/ q̃ eũ deprimebãt. Et mẽdaces oſtẽdit qui maculauerũt illũ: ⁊ dedit illi claritatẽ eternã: dñe de⁹ nr̃. Gꝛ. Os iuſti meditabit̃ ſapiẽtiã: ⁊ lingua ei⁹ loq̃tur iudiciũ. V̾. Lex dei ei⁹ ĩ coꝛde ipſi⁹: ⁊ nõ ſupplãtabunt̃ greſſ⁹ eius. Alleluya. V̾. Poſui adiutorium ſuper potẽtem: et exaltaui electum de plebe mea. Sequẽtia. Adeſt nobis. vt ſupꝛa. fol. xij. vel Tractus Deſiderium aĩe. vt ſupꝛa. fo. iiij. ¶ Secundũ mattheum.

In illo tempoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Videte/ vigilate et oꝛate. Neſcitis enim quando tempus ſit. Sicut homo qui peregre pꝛofectus reliquit domum ſuam: ⁊ dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſq̃ operis: et ianitori precepit vt vigilet. Vigilate ergo. Neſcitis enĩ quãdo dñs domus veniat: ſero/ an media nocte/ an gallicantu/ an mane. Ne cum venerit repente: inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico\omnibus dico vigilate. Off. Desideriū aīe ei⁹ tribuisti ei dñe: ⁊ voluntate labiorū ei⁹ nō fraudasti eū: posuisti in capite ei⁹ coronam de lapide precioso. In tēpore paschali. Alleluya. Secreta.

Suscipe dñe sacrificiū placationis ⁊ laudis qđ nos i seruiēte beato N. cōfessore tuo ꝑducat ad veniā: ⁊ in ꝑpetuā gratiarū ꝯstituat actionē. Per. Com. Fidelis seruus ⁊ prudēs quē cōstituit dñs sup familiā suā: vt det illis in tēpore tritici mēsurā. In tēpore paschali. Alla alla. Postcōio.

Presta qs ōps deus: vt cui⁹ festiuitate votiua sunt sacramēta: eius salutaria nobis intercessione reddantur. Per.

¶ In natali plurimorū cōfessorū. Offi.

Sacerdotes ei⁹ induāt salutare: et sancti ei⁹ exultatiōe exultabūt. In tempore paschali Alleluya alla alla. Ps. Memēto domine dauid: ⁊ omnis mansuetudinis eius. Oratio.

Beatorū cōfessorū tuorū N. ⁊ N. nos qs domine tuere ꝑsidijs: et quorū festiuitatē annua deuotione recolim⁹: eorū intercessione ab omnibus aduersitatib⁹ eruamur. Per. Alia oratio.

Deus qui nos sanctorū cōfessorum tuorū N. ⁊ N. cōfessionibus gloriosis circūdas et protegis: da nobis et eorū imitatione ꝓficere: ⁊ intercessione gaudere. Per dñm. ¶ Ad hebreos.

Fratres. Plures facti sunt sacerdotes sedm legē: idcirco ꝙ morte prohiberentur ꝑmanere. Jesus autē eo ꝙ maneat i eternū: sempiternū habet sacerdotiū. Unde ⁊ saluare in ꝑpetuū potest: accedens ꝑ semetipsum ad deum semꝑ viuens: ad interpellandū ꝓ nobis. ¶ Talis enim decebat vt nobis esset pontifex: sanctus\innocens\impollut⁹: segregat⁹ a pctōribus: et excelsior celis factus. Qui non habet quotidie necessitatem: quēadmodum sacerdotes prius ꝓ suis delictis hostias offerre: deinde pro populo. Hoc enī fecit semel se offerendo: domin⁹ noster iesus christus.

Psal. cxxxi.

Gr. Sacerdotes eius induant salutare: ⁊ sancti eius exultatione exultabūt.

Eod.

V. Illuc producam cornu dauid: paraui lucernā christo meo.

Sap. iij. A.

Alleluya. V. Fulgebunt iusti: ⁊ tanꝗ̄ scintille in arūdineto discurrent in eternum.

¶ Nulla dicit̄ sequētia licet nouē lectiones fiant. Secundū lucam.

Li. C.

In illo tpe. Dixit ies⁹ discipulis suis. Sint lumbi vrī precincti ⁊ lucerne ardentes i manibus vestris. Et vos similes hominib⁹ expectātibus dñm suū qñ reuertat̄ a nuptijs. Ut cum venerit et pulsauerit: cōfestim aperiāt ei. Beati serui illi: quos cum venerit dñs\inuenerit vigilātes. Amē dico vobis: ꝙ ꝓcinget se\et faciet illos discūbere: ⁊ trāsiēs ministrabit illis. Et si venerit i secūda vigilia: ⁊ si i tertia vigilia venerit\ et ita inuenerit: beati sūt serui illi.

Vos autē ſcitote: qm̄ ſi ſciret paterfamilias qua hora fur veniret: vigilaret vtiq̨: ⁊ non ſineret perfodi domum ſuam. Et vos eſtote parati: quia qua hora nō putatis: filius hoīs veniet. Sc̄dm matheū.

x. B In illo tpe. Miſit ieſus duodecim diſcipulos ſuos: precipiēs eis ⁊ dicēs. In viā gētiū ne abieritis: et ī ciuitates ſamaritanoꝝ ne intraueritis: ſed potiꝰ ite ad oues q̄ perierūt domus iſrael. Eūtes autē p̄dicate dicētes: qꝛ appropinquauit regnū celoꝝ. Infirmos curate: mortuos ſuſcitate: leproſos mundate: demones eiicite. Gratis accepiſtis: gratis date.

Pſal. lij. Offr. Exultabūt ſcti in gloria: letabūtur ī cubilibꝰ ſuis: exultationes dei in faucibꝰ eoꝝ. ℣. In tēpore paſchali Alla alla alla. Secreta.

Adeſto dn̄e precibꝰ ppl'i tui adeſto muneribꝰ: vt q̄ ſacris ſunt oblata myſterijs: tuoꝝ tibi placeant interceſſione ſctōꝝ.

Joh. xv. C Per dn̄m. Cōio Ego vos elegi de mundo: vt eatis ⁊ fructū afferatis: ⁊ fructus veſter maneat. In tpe paſchali Alla alla. Poſtcōmunio.

Fideles tui deus celeſtis doni remedijs recreentur: et ſāctoꝝ cōfeſſoꝝ tuoꝝ precibꝰ: ab omnibus queſumꝰ emundentur delictis. Per. ¶ In natali vnius virginis ⁊ martyris. Officium.

Pſal. xliiij. Dilexiſti iuſticiā et odiſti iniquitatē: propterea vnxit te deus deus tuꝰ oleo leticie pre cōſortibus tuis. ¶ In tempore paſchali. Alleluya alla alla. Pſ. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi. Glia pri. Aliud officiū.

Pſa cxv Loquebar de teſtimonijs tuis in cōſpectu regum: et non cōfundebar: ⁊ meditabar ī mādatis tuis: que dilexi nimis. Pſ. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Gloria patri. Aliud officiū.

Me expectauerunt peccatores vt perderent me: teſtimonia tua domine intellexi: omnis cōſummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Pſ. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beate N. virginis et martyris tue feſtiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dn̄m.

¶ Lectio libri ſapientie.

Domine deus meus exaltaſti ſuper terram habitationem meam: et pro morte defluēti deprecata ſum. Inuocaui dominum patrem domini mei: vt non derelinquat me in die tribulationis mee: et in tempore ſuperboꝝ ſine adiutorio. Laudabo nomen tuum aſſidue: et collaudabo illud in confeſſione et exaudita eſt oratio mea. Liberaſti me a perditione: ⁊ eripuiſti me de tempore iniquo. Propterea confitebor: et laudem dicam nomini tuo: dn̄e deus meꝰ.

¶ Lectio libri ſapientie.

Confitebor tibi domine rex ⁊ collaudabo te deum salvatorẽ meũ. Confitebor nomini tuo: quoniã adiutor ⁊ protector factus es michi: et liberasti corpus meum a perditione. A laqueo lingue inique: et a labijs operantiũ mendacium. Et in conspectu astãtiũ factus es michi adiutor: et liberasti me secundũ multitudinem misericordie nominis tui. A rugiẽtibus preparatis ad escã: de manibus querentiũ animã meam: et de portis tribulationum que circumdederũt me ⁊ a pressura flamme que circũdedit me: ⁊ in medio ignis nõ sum estuata. De altitudine vẽtris inferi: ⁊ a lingua coinquinata: et a verbo mẽdacij. A rege iniquo: ⁊ a lingua iniusta. Laudabit usque ad mortem anima mea dñm: et vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circumdederunt me undique: et non erat qui adiuvaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum: ⁊ non erat. Memorata sum misericordie tue domine: et cooperationis tue: que a seculo sunt: quoniam eruis sustinentes te: et liberas eos de manu angustie: domine deus meus.

Lectio libri sapientie.

Sapientia laudabit animã suam: et in domino honorabitur: ⁊ in medio populi sui gloriabitur. Et in ecclesijs altissimi aperiet os suũ: et in conspectu virtutis illius gloriabitur. In medio populi exaltabitur: et in plenitudine sctã admirabitur. In multitudine electorũ habebit laudẽ: ⁊ inter bñdictos bñdicetur dicẽs. Ego ex ore altissimi prodij: primogenita ante omnẽ creaturã. Ego quasi libanus nõ incisus vaporavi habitationẽ meã: et quasi balsamũ nõ mixtũ odor meus. Ego quasi terebint⁹ extẽdi ramos meos: ⁊ rami mei honoris et grẽ. Gr. Dilexisti iusticiã ⁊ odisti iniquitatẽ. ℣. Propterea unxit te de⁹ deus tu⁹ oleo letitie. Gr. Specie tua et pulchritudine tua intẽde prospere procede et regna. ℣. Propter veritatem et mansuetudinem ⁊ iustitiam et deducet te mirabiliter dextera tua. Gr. Diffusa est grã in labijs tuis propterea bñdixit te de⁹ in eternũ. ℣. Propter veritatẽ ⁊ mansuetudinẽ ⁊ iusticiã ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. Gr. Audi filia ⁊ vide: ⁊ inclina aurẽ tuã: quia cõcupivit rex speciẽ tuã. ℣. Specie tua et pulchritudine tua: intẽde prospere procede ⁊ regna. Gr. Propter veritatẽ ⁊ mansuetudinẽ ⁊ iusticiã: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia ⁊ vide: ⁊ inclina aurem tuã: quia cõcupivit rex speciẽ tuam.

Psal. xliiii. et de ista.

Alla. ℣. Emulor enim vos dei emulatione: despondi vos uni viro virginẽ castã exhibere xpo. Alla. ℣. Veni electa mea: ⁊ ponã in te thronũ meũ: quia concupivit rex speciẽ tuã. Alla. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua intẽde prospere procede ⁊ regna. Alla. ℣. Diffusa est grã in labijs tuis: propterea bñdixit te deus in eternũ. Alla. ℣. Hec est virgo sapiens: quã dñs vigilantẽ invenit.

Cor. xi. A

Psal. xliiii. Eodẽ

Laus ecclie

Psal. cxviij. Alla. ℣. Loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum: et non confundebar domine. ¶ Tractus.

Psal. xliiij. Diffusa est gratia ī labijs tuis: propterea bñdixit te deus ī eternū. ℣. Specie tua ⁊ pulchritudine tua: intende ꝓspere procede ⁊ regna. ℣. Propter veritatē et mansuetudinem ⁊ iustitiā: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua. ℣.

ibidē Audi filia et vide et inclina aurem tuam: quia concupiuit rex speciem tuam. ¶ Sequentia.

Exultemus in hac die festiua. Recolentes dñi magnalia in sanctis q̄ operat̄ maxima. Qui inter sua potētie mira\ in virginum est maximus gloꝛia. Suaue enim gratia mundi diluit virginibus pompa. Atq̃ contra precepta regum\ resistit virginalis pugna. Furit rabies vesana deuicta tristatur malicia. Crudescit ī carne tenera maioꝛa exquirit tormēta. Sed tūc stat firmioꝛ caro virginea. Cum multiplicantur noua supplicia. Pro eťna quā expectāt a deo gloꝛia. Letant̄ moꝛtalia affligit sua coꝛpoꝛa. Quia sūt transitoꝛia. Et in motu subito labentia mundi gaudia. Ut floꝛes decidua. Ex hac virginea soꝛte claruit N. Cuius hodie celebram⁹ solēnia splendens inter alias ut lucifer inter minoꝛes stellas. Uirgo beata foꝛtiter ferens omnia nec moꝛi recusās ꝓ gloꝛia: pro nobis pie deum exoꝛa. Ut tecum in aula exultemus ethera pace perpetua. Pro sanctoꝛū virgo gloꝛiosa collaudemus dominum in gloꝛia.

¶ Secundum Mattheum.

In illo tpe. Dixit Jes⁹ discipulis suis parabolam hāc. Simile est regnū celoꝛū thesauro abscondito in agro: quem q̄ inuenit homo abscondit: ⁊ pre gaudio illius vadit ⁊ vendit vniuersa que habet: et emit agrū illū. Iterū simile est regnū celoꝝ homini negociatoꝛi q̄renti bonas margaritas. Inuenta autem vna preciosa margarita: abijt ⁊ vēdidit omnia que habuit ⁊ emit eā. Iterū simile est regnū celoꝝ sagene misse ī mare: et ex omni genere pisciū cōgreganti. Quam cū īpleta esset: educētes et secus littus sedentes: elegerūt bonos in vasa sua: malos autē foras miserūt. Sic erit in cōsummatione seculi. Exibūt angeli: ⁊ separabūt malos de medio iustoꝝ. Et mittent eos in caminū ignis: ibi erit fletus ⁊ stridoꝛ dentiū. Intellexistis hec omnia? Dicūt ei. Etiā. Ait illis. Ideo oīs scriba doct⁹ in regno celoꝝ: similis est homini patrifamilias: q̄ pꝛofert de thesauro suo noua et vetera. Offer. Filie regū in honoꝛe tuo: astitit regina a dextris tuis ī vestitu deaurato circumdata varietate. Offer. minoꝛ. Offerentur regi virgines post eā: proxime eius offerentur tibi. In tempoꝛe paschali. Alla. Offer. maioꝛ. Offerentur regi virgines post eā: proxime eius afferentur tibi in leticia ⁊ exultatione: adducent ī templum regi dño. Offer. ℣. Diffusa est gratia in labijs tuis: ꝓpterea bñdixit te deus in eternum ⁊ in seculum seculi. Secreta.

Hostias dn̄e quas tibi offerimꝰ ꝓpicius respice: et intercedente beata N. virgine tua et martyꝛe\ vincula peccatoꝝ nr̄oꝝ absolue. Per dn̄m. Cōio. Diffusa est gr̄a in labijs tuis: ꝓpterea bn̄dixit te deꝰ ī eternū. In tp̄e pascha. Alla alla. Cōio. Principes ꝑsecuti sunt me gratis: et a verbis tuis formidauit coꝛ meū: letaboꝛ ego sup̄ eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa: ⁊ cupiuit aīa mea testimonia tua dn̄e ⁊ dilexit ea vehementer. Cōio. Feci iudiciū et iustitiā\ dn̄e nō calūniētur michi superbi: ad oīa mandata tua dirigebar: oēm viā iniq̄tatis odio habui. Cōio. Simile est regnū celoꝝ homini negociatoꝛi q̄renti bonas margaritas: inuēta vna ꝓciosa margarita: dedit oīa sua: ⁊ cōparauit eam. Cōio. Quinq̄ prudētes v̄gines acceperūt oleum in vasis suis cum lampadibus media autem nocte clamoꝛ factꝰ est: ecce spōsus venit exite obuiā chꝛisto dn̄o. Postcōio.

Placeāt tibi q̄s misericoꝛs deus: nr̄e seruitutis obsequia sit mysteria sacrosctā q̄ sūpsimꝰ: intercedēte btā N. virgine tua et martyꝛe: ⁊ tuā grām nobis conciliet: et eterne felicitatis gaudium subministret. Per d. ¶ In natali vniꝰ virginis nō marty. Officiū.

Dilexisti iustitiā: ⁊ odisti iniquitatē ꝓpterea vnxit te deus deus tuꝰ oleo leticie p̄ cōsoꝛtibꝰ tuis. In tp̄e pasc. Alla. all. all. Ps. Eructauit coꝛ meum verbum bonum dico ego opera mea regi. Gloꝛia patri. Sicut erat. Oratio. Ibid.

Omnipotens sempiterne deꝰ auctoꝛ virtutum ⁊ amatoꝛ virginitatis: da nobis q̄s sctē N. virginis tue placitis tibi meritis cōmendari: cuiꝰ vita merito castitatis tibi cōplacuit. Per dn̄m. Ad coꝛinthios.

ij. c. D

Fratres. Qui gl̄iatur ī dn̄o gl̄ief. Nō enī q̄ seipsum cōmēdat\ ille ꝓbatꝰ est sed quē deus cōmēdat. Utinā sustineretis modicū q̄d insipiētie mee: sed ⁊ suppoꝛtate me. Emuloꝛ enī vos: dei emulatione. Despondi enim vos vni viro: virginem castam exhibere chꝛisto. ¶ Lectio libri sapientie.

viij. a

Sapiētia vincit maliciā. Attingit ergo a fine vsq̄ ad finē foꝛtiter: et disponit oīa suauiter. Hāc amaui/ ⁊ exq̄siui a iuuētute mea: ⁊ q̄siui eā spōsā michi assumere: ⁊ amatoꝛ factꝰ sū foꝛme illiꝰ. Generositatē illiꝰ glꝛificat\ cōtuberniū habēs dei: sed ⁊ oīm dn̄s dilexit illam. Doctrix est enim discipline dei: et electrix operū illius.

¶ Lectio Esaye prophete.

Esaie lxi. D

Gaudens gaudebo in dn̄o\ ⁊ exultabit aīa mea in deo meo. Qui induit me vestimēto salutis: ⁊ indumēto leticie circūdedit me. Quasi spōsū decoꝛatū coꝛona et quasi spōsā oꝛnatā monilibus suis. Sicut enī terra p̄fert germen suū et sicut oꝛtꝰ semē suū germinat: sic dn̄s deꝰ germinabit iustitiā: et laudē coꝛā vniuersis gētibus. Habitabit enī iuuenis cū vir

Esaie gine\ et habitabunt in te filij tui.
lxij.b Et gaudebit spōsus sup spōsā: et
gaudebit super te deꝰ tuus. Dicit
Psal. dn̄s omnipotens. Grad. Dilexisti
xliiij. iustitiam: ⁊ odisti iniquitatem. ℣.
Propterea vnxit te deus deus tuus
Psal. oleo leticie. Alla. ℣. Diffusa
xliiij. est gratia ī labijs tuis: pꝛopterea
Cor. benedixit te deꝰ ieternū. Alla. ℣.
xi.A Emuloꝛ enim vos dei emulatione: despondi vos vni viro virginē castam exhibere xp̄o. Sequētia.

Virginis venerāde de numero sapiētū: festa celebremꝰ socij. Filie matris summi regis sacrosācte marie. Quā sibi in soroꝛē dei adoptauit filius. Hec coꝛpus suū domuit freno ieiunij. Et luxuriā secuit ense agonie. Hec cōtra cūctos hostis dimicauit īpetus. Et hostē cruētū freta xp̄i dextera strauerat. Hec spōsū ab aula celi sese inuisentē alacris. Coꝛde iocundo secuta eiꝰ est ingressa thalamum. Tuqꝫ iam dulcibꝰ plebis delicijs. Christo miserias nr̄as suggerito. Nobis cōsolationē pꝛecando. ¶ Secundum Mattheū.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis parabolā hāc.
xxv.a Simile est regnū celoꝝ decē virginibꝰ: q̄ accipiētes lāpades suas exierunt obuiam spōso et sponse. Quinqꝫ autē ex eis erāt fatue: et quinqꝫ pꝛudētes. Sed quiqꝫ fatue acceptis lāpadibꝰ\ nō sumpserunt oleū secū. Pꝛudentes vero acceperūt oleū ī vasis suis cū lāpadibꝰ. Moꝛā aūt faciēte sponso doꝛmitauerunt oēs ⁊ doꝛmierunt. Media autem nocte clamoꝛ factus est: ecce sponsus venit\ exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille: et oꝛnauerunt lampades suas. Fatue autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro quia lampades nostre extinguuntur. Responderunt pꝛudentes dicentes. Ne foꝛte non sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vendentes et emite vobis. Dum autem irent emere: venit spōsus. Et que parate erant\ intrauerūt cum eo ad nuptias: ⁊ clausa est ianua. Nouissime vero veniunt et relique virgines dicentes. Domine dn̄e: aperi nobis. At ille respōdens: ait. Amē dico vobis\ nescio vos. Vigilate itaqꝫ quia nescitis diem neqꝫ hoꝛam. Offertoꝛium. Offerentur regi virgines post eā ꝓxime eius offerētur tibi. Secr.

Offerimus tibi dn̄e pꝛeces ⁊ munera ī honoꝛe sācte N. virginis tue gaudētes\ p̄sta q̄s\ vt ⁊ cōuenienter hec agere\ ⁊ remediū sēpiternū valeamꝰ acquirere. p. do. Cōio. Diffusa est gratia in labijs tuis: pꝛopterea benedixit te deus ineternum. Postcommunio.

Prosint nobis domine que sumus sumpta mysteria: pariterqꝫ nos intercedente beata virgine tua N. et a peccatis exuant\ et pꝛesidijs tue pꝛopitiationis attollant. Per dn̄m. ¶ In natali plurimarū virginum. Officium.

Vultū tuū depcabūtur oēs diuites plebis: adducētur regi v̄gines post eā pꝛoxime eius adducentur tibi in leticia ⁊ exultatione. Ps. Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Oratio.

Deus qui vt humanum genus ad confeſſionem tui nominis prouocares: etiam in ſexu fragili victoriam martyrij cõtuliſti: preſta queſumus: vt eccleſia tua hoc exemplo communita: nec pati pro te metuat\et celeſtis premij gloriam concupiſcat. Per dominum. ¶ Ad corinthios.

Fratres. De virginibꝰ autem preceptũ dñi nõ habeo: conſilium autẽ do\tanq̄ mĩam cõſecutus a dño\vt ſim fidelis. Exiſtimo enĩ hoc bonũ eſſe\ꝓpter inſtantẽ neceſſitatẽ: qm̃ bonũ eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori: noli querere ſolutionẽ. Solutꝰ es ab vxore: noli querere vxorẽ. Si autẽ acceperis vxorẽ\nõ peccaſti. Et ſi nupſerit virgo: nõ peccauit. Tribulationẽ tamẽ carnis habebunt huiuſmodi. Ego autẽ vobis parco. Hoc itaqꝫ dico fratres: tẽpꝰ breue eſt. Reliquũ eſt: vt ⁊ q̄ habẽt vxores\tanq̄ non habentes ſint. Et qui flent: tanq̄ non flentes. Et qui gaudent tanq̄ nõ gaudẽtes. Et qui emũt tanq̄ nõ poſſidẽtes. Et qui vtũtur hoc mũdo: tãq̄ nõ vtãtur. Preterit enim figura huius mundi. Volo autẽ vos ſine ſollicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt: ſollicitus eſt que domini ſunt\quomodo placeat deo. Qui autem cum vxore eſt: ſollicitus eſt que ſunt huius mundi\quomodo placeat vxori\⁊ diuiſꝰ eſt. Mulier innupta ⁊ virgo cogitat q̄ dñi ſunt: vt ſit ſctã corpore ⁊ ſpũ. In xp̃o ieſu dño nr̃o. Lectio libri ſapientie.

iiij.A

O Quã pulchra eſt caſta generatio: cũ claritate. Immortalis eſt enĩ memoria illius: q̃m et apud deũ nota eſt\et apud hoĩes. Cũ preſens eſt imitanẽ illã: ⁊ deſiderãt eã cũ ſe eduxerit: ⁊ imperpetuũ coronata triũphat\ĩcoinquinatorũ certaminũ premiũ vincẽs. Multigena enim impiorũ multitudo nõ erit vtilis: ⁊ ſpuria vitulamina non dabunt radices altas nec ſtabile firmamẽtũ collocabũt. Et ſi ĩ ramis in tẽpore germinauerint infirmiter poſita: a vento cõmouebuntur: ⁊ a nimietate vẽtorũ eradicabuntur. Confringentur enĩ rami incõſummati: et fructus illorũ inutiles et acerbi ad mãducandum\⁊ ad nichilum apti. Ex iniquis enim oẽs filij qui naſcuntur teſtes ſunt nequicie\aduerſus parentes in interrogatione ſua. Iuſtus autem ſi morte preoccupatus fuerit: in refrigerio erit.

Pſal. cxlix.

Grad. Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis.

Ibid.

℣ Cantate domino cãticũ nouũ laus eius in eccleſia ſanctorum.

Exo. xv. A

Grad. Glorioſus deus in ſanctis: mirabilis in maieſtate faciẽs prodigia.

pſal. xvij.

℣ Dextera tua domine glorificata eſt in virtute: dextera manus tua cõfregit inimicũ. All'a.

pſal. xliiij.

℣ Adducentur regi virgines poſt eam: proxime eius offerentur tibi in leticia\et exultatione. Euãgel.

Simile eſt regnū celoꝛū decē vir. bis ī oſſicio predēte. Offer. Pſal. xliiij. Offerentur regi virgines poſt eā: proxime eius offerētur tibi. Secreta.

Hec nos q̄s dn̄e beatarū virginū/ ⁊ martyꝛū tuarū N. ⁊ N. continuis pꝛeſidijs adiuuari pꝛo quarū venerāda recoꝛdatione hec dona maieſtati tue dicēda offerimꝰ. Per dn̄m. Cōio. Mat. xv. A Quinq̄ prudētes virgines/ acceperunt oleū ī vaſis ſuis cū lāpadibꝰ media aūt nocte clamoꝛ factꝰ eſt: ecce ſpōſus venit exite obuiā xp̄o dn̄o. Poſtcō.

Preſta q̄s op̄s deus/ vt qui in ſanctarū virginū ⁊ martyꝛū tuarum N. ⁊ N. ſolennitate percepimꝰ diuina myſteria: earū interceſſione remedia capere mereamur eterna. Per. ¶ De virginibus non martyꝛibus. Oꝛatio.

Omp̄s ſempiterne deus/ qui nos idoneos nō eſſe perpendis ad maieſtatē tuā ſicut dignū eſt exoꝛandā: fac ſāctas virgines tuas N. ⁊ N. ꝓ noſtris interuenire peccatis: quarum meritis/ nobis indulgentiam largiaris. Per dn̄m noſtrum ieſum. Secreta.

Intercedentibꝰ ſanctis virginibꝰ tuis N. ⁊ N. dn̄e q̄s plebis tue munus ſāctifica: vt ab oībus noxijs expedita: ⁊ hic ī eternum cuncta ſibi pꝛo futura percipiat. Per dominū. Poſtcōmunio.

Queſumꝰ dn̄e deꝰ noſter/ vt ſacri myſterij munꝰ indultū: intercedentibꝰ ſanctis virginibꝰ tuis N. ⁊ N. et pꝛeſentis nobis vite ſubſidium: et eternitatis largiatur affectum. Per dominū.

¶ De non virginibus. Introitꝰ.

Ec Gaudeamꝰ omnes in dn̄o: diē feſtū celebꝛātes ſub honoꝛe btē N. de cuiꝰ ſolēnitate gaudent angeli ⁊ collaudant filium dei. Ps. Pſa xliii Eructauit coꝛ meum verbū bonū: dico ego opera mea regi. Gloꝛia p̄ri. Oꝛatio.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: vt ſicut de beate N. feſtiuitate gaudemus: ita pie deuotionis erudiamur affectu. Per dn̄m. ¶ Lectio libꝛi ſapientie.

Mulierē foꝛtē quis inueniet Pue vlti B ꝓcul ⁊ de vltimis finibus pꝛeciū eiꝰ. Cōfidit ī ea coꝛ viri ſui ⁊ ſpolijs non indigebit. Reddet ei bonū et nō malū: oībus diebꝰ vite ſue. Queſiuit lanā ⁊ linū: ⁊ operata eſt cōſilio manuū ſuarū. Facta eſt quaſi nauis inſtitoꝛis: de lōge poꝛtās panē ſuū. De nocte ſurrexit: deditq̄ pꝛedam domeſticis ſuis: ⁊ cibaria ancillis ſuis. Cōſiderauit agrū/ ⁊ emit eū: de fructu manuū ſuarū plātauit vineā. Accinxit foꝛtitudine lūbos ſuos: ⁊ roboꝛauit bꝛachiū ſuū. Guſtauit ⁊ vidit/ qꝛ bona eſt negociatio eiꝰ: nō extinguet ī nocte lucerna eiꝰ. Manū ſuā miſit ad foꝛtia: ⁊ digiti eiꝰ apprehenderūt fuſū. Manū ſuam aperuit inopi: ⁊ palmas ſuas extēdit ad pauperem. Nō timebit domui ſue a frigoꝛibꝰ niuis: oēs em̄ domeſtici eiꝰ veſtiti ſūt duplicibꝰ. Stragulatā veſtē fecit ſibi byſſꝰ ⁊ purpura idumētū eiꝰ. Nobilis in poꝛtis vir eius: quando ſederit cū ſenatoꝛibus terre. Syndonē fecit et vendidit: et cingulum tradidit chananeo. Foꝛtitudo ⁊ decoꝛ indumentum eius: et ridebit in die nouiſſimo. Os ſuū aperuit ſapiētie: et lex clemētie in lingua eiꝰ. Cōſiderauit ſemitas domus ſue: ⁊ panē ocioſa nō comedit. Surrexerūt filie eiꝰ: ⁊ beatiſſimā ꝑdicauerūt: et vir eius laudauit eam. Multe filie congregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax grā: ⁊ vana eſt pulchꝛitudo. Mulier timens dn̄m: ipſa laudabitur. Date ei de fructu manuū ſuarū: et laudent eam in poꝛtis opa eiꝰ.

Grad. Pꝛopter veritatē ⁊ māſuetudinē et iuſticiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. ℣. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina aurē tuā: quia cōcupiuit rex ſpeciem tuā. Alla. ℣. Diffuſa eſt grā ī labijs tuis: pꝛopterea bn̄dixit te deꝰ ī etnū. Pꝛoſa.

Mulier laudabilis \ foꝛtis \ caſta \ parens: mulieris ſterilis \ oppꝛobꝛio carēs. Hec fructū triceſimum \ dedit cōiugata: ſed et ſexageſimum \ viro viduata. Que in foꝛtitudine \ lumbos caſtigauit nūq̄ carens lumine \ manu \ roboꝛauit. Cuius honoꝛabilis nuptus mundus luctus fuit \ venerabilis etiā ſenectus. Ut ſacro eloq̄o patet erit immine: digna pōderatio cōtinentis aīe. Dilexit ſilentiū: dicēs ꝙ neſciuit: nec vnq̄ dominiū: in virum ꝯſiuit. Hec non eſt de viduis: luxu ſecli moꝛtuis: bonum operata. Obſecrationibꝰ ⁊ oꝛonibus \ ſemper occupata. Recepit hoſpicio vagos: quam ablutio pedum cōmendauit. Et quos tribulatio: pꝛeſſit hos ſubſidio ſācto recreauit. ℣. Sancta venerāda: cuiꝰ feſta recolēda \ redierūt annua. Caſta pꝛudens et fidelis: impetrare nobis velis \ gaudia ꝑpetua. Amē.

Uacante Alleluya. Tractus.

Diffuſa eſt gratia ī labijs tuis: pꝛopterea benedixit te deus ī eternū. ℣. Accingere gladio tuo: circa femur tuum potentiſſime. ℣. Specie tua ⁊ pulchꝛitudine tua: intende ꝓſpere ꝓcede et regna. Pſal. xliiii. et oīa infra

Secundum Mattheum.

In illo tēpoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis parabolā hāc. Simile eſt regnū celoꝝ theſauro abſcōdito in agro: quē q̄ inuenit homo abſcōdit: et pꝛe gaudio illiꝰ vadit ⁊ vendit vniuerſa q̄ habet ⁊ emit agrū illū. Iterū ſimile eſt regnū celoꝛū homini negociatoꝛi: q̄rēti bonas margaritas. Inuēta autē vna p̄cioſa margarita: abijt et vendidit oīa q̄ habuit et emit eā. Iterū ſimile eſt regnū celoꝝ ſagene miſſe in mare: et ex oī gn̄e piſciū cōgregāti. Quā cū īpleta eſſet educentes ⁊ ſecus littus \ ſedentes elegerunt bonos in vaſa ſua: malos autem foꝛas miſerūt. Sic erit in conſummatione ſeculi. Exibunt angeli: ⁊ ſeparabunt malos de medio iuſtoꝛum. Et mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletꝰ \ et ſtridoꝛ dentium. Intellexiſtis hec oīa? Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis ſcriba doctus in xiij regno celorum\ ſimilis eſt homini patrifamilias: qui profert de theſauro ſuo\ noua et vetera. Offer. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum. Offer. Filie regū in honore tuo: aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato: circundata varietate. Pſal. xliiij. Ibid. Secreta.

Accepta tibi dn̄e ſit ſacre plebis oblatio: pro tuorū honore ſanctorū: quorū ſe meritis percepiſſe de tribulatione cognoſcit auxiliū. Per. Cōio. Simile eſt regnum celorum homini negociatori querenti bonas margaritas: inuēta vna precioſa margarita dedit omnia ſua: et comparauit eam. Mat. xiij. Poſtcommunio.

Satiaſti dn̄e familiā tuam muneribus ſacris: eius ſp̄ interuentione nos refoue: cuius ſolēnia celebramus. Per dominū.

¶ Sequūt miſſe votiue ſiue cōes q̄ dici pñt p̄ ſeptimanā. Et primo die dn̄ica: de ſāctiſſima trinitate. Lune de angelis. Martis. Salus populi. Mercurij de ſācto ſpiritu. Iouis de venerabili ſacramēto. Veneris de ſancta cruce. Sabbato de nr̄a domina. ¶ De ſanctiſſima trinitate. Officium.

Eccl. laus. ex tho bie. xii B Benedicta ſit ſācta trinitas\ atq̄ indiuiſa vnitas: confitebimur ei\ quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam. ¶ In tempore paſchali. Alla alleluya. Pſ. Benedicamus patrem et filiū: cū ſancto ſpiritu. Dan. iij. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus: qui dediſti famulis tuis in confeſſione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoſcere\ et in potentia maieſtatis adorare vnitatem: queſumus vt eiuſdem fidei firmitate\ ab omnibus ſemper muniamur aduerſis. Qui viuis ⁊ regnas. ¶ Ad Romanos.

O Altitudo diuitiarum\ ſapiētie ⁊ ſcientie dei: q̄ incomprehenſibilia ſunt iudicia eius: et inueſtigabiles vie eius. Quis enī cognouit ſenſum dn̄i\ aut quis cōſiliarius eius fuit: Aut quis prior dedit illi\ et retribuetur ei: Quoniam ex ipſo\ ⁊ per ipſum\ ⁊ in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſecula ſeculorū amē. ¶ Ad corinthios.

Fratres Gratia dn̄i noſtri ieſu chriſti\ et caritas dei\ et communicatio ſancti ſpiritus\ ſit ſemper cū omnib⁹ vobis. In xp̄o ieſu: dn̄o noſtro. Gr. Benedictus es dn̄e qui intueris abyſſos: et ſedes ſuper cherubin. ℣. Benedicite deum celi: quia fecit nobiſcum miſericordiā ſuā. Alla. ℣. Benedict⁹ es dn̄e de⁹ patrū noſtrorū: ⁊ laudabilis in ſecula. Alla. ℣. Laudate pueri dn̄m: laudate nomen dn̄i: ſit nomen dn̄i benedictum: ex hoc nunc ⁊ vſq̄ in ſeculū. Sequentia.

Benedicta ſit bt̄a trinitas deitas eterna: pariter coequalis gl'ia. Deus genitor nat⁹ genit⁹ cū ſacro pneumate emanēs ſup oīe qd̄ extat. Quib⁹ eſt ſemp vna voluntas: ⁊ a ſe diſcrepās haud vnq̄ triplicata perſona. Nā con=

stat deitas vnā non in tribus deos diuidat quos fides fatetur a christo\ cū honore debita. Hec namq; pollut delicta patriam cedit serenam p quam dulcem iubilant agmina\ symphoniam celica. Altitudo throni vestigia imitantur stolis candidata. Operiunturq; binas quas captant post seculi discrimina. Et nos quos illustrat gratia dei superna dem⁹ nostra debita. Quaten⁹ caterua celica nobis maneat post funera socia. Ultimoq; peracto discrimine possim⁹ altis perfrui mox palatiis. Quos ꝑspicua lux flagrat accensa cōstāti flāma que deus est visio nostra ⁊ sal⁹ eterna Angelorumq; illustrat fortiter pectora. Ut i xp̄o solo sua defigant lumina. Hec nāq; est illa sitis flagrās quā tūc sitiēt aīe sanctorum vel corpora. Dū fuerint data perpetua eis ꝑ nobis a iudice p̄mia. Amen. ¶ Secundum Iohannē.

IN illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis. Cū venerit paraclytus\ quē ego mittam vobis a patre spiritū veritatis qui a patre procedit ille testimoniū perhibebit de me. Et vos testimoniū perhibebitis: q2 ab initio mecū estis. Hec locut⁹ sū vobis vt nō scādalizemini. Absq; synagogis facient vos. Sed venit hora: vt oīs q̄ interficit vos arbitretur obsequiū se p̄stare deo. Et hec faciēt vobis: q2 nō nouerunt patrē neq; me. Sed hec locutus sū vobis: vt cū venerit hora eorū reminiscamini: quia ego dixi vobis. Offer. Benedictus sit deus pater vnigenitusq; dei filius: sanctus quoq; spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suā. In tempore paschali. Alleluya. Secreta.

SAnctifica q̄sum⁹ dñe deus trinitas scā ꝑ tui scī noīs inuocationē huius oblationis hostiā: ⁊ cooperāte spū scō ꝑ eā nosmetipsos tibi perfice munus eternū. Qui vi. In vni. eiusd. Prefa. Qui cū vni. Cō. Benedicim⁹ deū Dan. iij. C celi: ⁊ corā oīb⁹ viuētib⁹ cōfitebimur ei: q2 fecit nobiscum miam suā. In tp̄e pas. All. all. Postcō.

PRoficiat nobis ad salutē corporis et anime dñe de⁹ hui⁹ sacramēti susceptio: ⁊ sempiterne sancte trinitatis: eiusdēq; indiuidue vnitatis confessio. In qua viuis ⁊ regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

¶ Missa de angelis. Officium.

BEnedicite dominū oēs angeli ei⁹ potentes virtute qui facitis verbum eius\ ad audiēdā vocem sermonū ei⁹. In tempore pascha. Alleluya. Ps. Benedic anima mea ibidē domino: et omnia que intra me sunt\ nomini sancto ei⁹. Oratio.

PErpetuum nobis dñe tue miserationis presta subsidiū: quibus ⁊ angelica prestitisti suffragia non deesse. Per dñm.

¶ Lectio libri apocalipsis beati Iohannis apostoli.

IN diebus illis. Dixit michi xix. b angel⁹. Scribe beati q̄ ad cenam nuptiarum agni vocati sūt. Et dixit michi. Hec verba dei

dita sunt.Et cecidi ad pedes eiꝰ
vt adorarem eū.Et dixit mihi.Ui-
de ne feceris:conseruus enim tuus
sum\⁊ fratrum tuorū habentium
testimonium iesu.Deum adora.
Psal. cij. Gr. Benedicite dn̄m omnes angeli
eius potentes virtute qui facitis
verbum eius.℣.Benedic aīa mea
Ibid. domino:⁊ omnia interiora mea no
men sanctū eius.Alla ℣.In con-
spectu angelorum psallā tibi dn̄e
deus meus.¶Secundū iohannē.

v. A IN illo tēpore.Erat dies fe-
stus iudeorū:⁊ ascēdit iesus
hierosolymam.Est autē hieroso-
lymis probatica piscina\que co-
gnominatur hebraice bethsaida:
quinqꝫ porticus habēs.In his ia-
cebat multitudo magna lāguen-
tium\cecorū\claudorū\aridorum:
expectantium aque motum.Ange
lus autem domini secundum tem
pus descendebat in piscinam:et mo
uebatur aqua.Et qui prior descē-
disset ī piscinā post motionē aque
sanus fiebat:a quacumqꝫ detine-
Eccl. batur infirmitate.Offer. Stetit
angelus iuxta arā templi habens
thuribulum aureum in manu sua:
et data sunt ei incensa multa:et
ascendit fumus aromatum in cō-
spectu dei alleluya. Secreta.

HOstias tibi dn̄e laudis offe-
rimꝰ suppliciter deprecātes
vt easdē angelico ꝓ nobis interue
niente suffragio\⁊ placatus acci-
pias ⁊ ad salutē nostrā prouenire
cōcedas.Per dn̄m.Cō.Benedicite
Dan. oēs angeli dn̄i dn̄o:hymnū dicite
iij. D ⁊ superexaltate eū ī scl'a. In tēpore
paschali Alleluya.Postcōmunio.

BEnedicti dn̄e benedictione cele-
sti suppliciter exoramꝰ: vt
quod fragili celebramꝰ officio:sā
ctorū angelorū\atqꝫ archāgelorū
omniūqꝫ celestiū spirituū:nobis ꝓ-
desse sentiamꝰ auxilio.Per dn̄m.

¶Sciēdū est ꝙ ꝑ totū aduētū:⁊ a
Dn̄e ne ī ira.vsqꝫ ad caput ieiunij
⁊ ab oct.pasc.vsqꝫ ad ascē.dn̄i.⁊ a
fes.sancte trinitatis vsqꝫ ad aduē.
dn̄i:singulis ebd.semel.solet dici
mis.Salus ppl'i ꝓ fratribus ⁊ so-
roribꝰ:ita videlicet ꝙ si vacaue-
rit a festis sanctorū ⁊ extra oct.cū
regimine chori:⁊ si missa dn̄icalis
in ebd.cātāda fuerit cōpleta sine.
quoqꝫ btē marie ⁊ festi loci ⁊ ꝓprie
epl'e ⁊ euāge.ꝓpria ꝓpter illā mis
sam nō fuerint ꝑtermissa:tūc illa
si qua dies vacauerit est cātanda.
Si vero ꝓprie epl'e ⁊ ꝓpria euā-
ge.q̄ quartis fe.intitulātur\freque
ter nequeāt ibi dici.in ꝓximis se-
quētibꝰ ferijs si vacauerint legā
tur:nec ꝓpter mis.Salꝰ ppl'i.vel
Nos autē.alicubi ꝑ totū annū ali-
qualiter omittātur.In missis etiā
Salꝰ po.vel Nos aūt.sup Kyrie.
Sāctꝰ.⁊ Agnꝰ.semꝑ dr̄ cantus fe-
rial'.¶Et notādū est ꝙ per totū tē
pus predictū\ꝙ missa dn̄icalis in
dn̄ica vel ī secūda feria cātata fue
rit ⁊.iij.fer.vacauerit:sēꝑ dr̄ mis-
sa.Salus po.ī ipsa.iij.fer.⁊ si nō
vacauerit tūc in aliqua fe.ipsius
ebd.que ad hoc vacaue.cantetur.
¶Et sciēdū ꝙ est missa.Salꝰ po.
est in dispositione cantoris:quan-
do conuenientius ⁊ quota feria\

potest dici. Quando vero de missa Salus populi: tunc nulla dicitur memoria de domi. neque de aliqua missa iij. lec. nisi in aduen. Dicat̄ etiam missa Salus populi. ī vna quaque ebd̄. semel nisi in .xl. ⁊ nisi festum impediat vel octa. cū regimine chori: ⁊ nisi infra tēpus natiui. dñi: ⁊ nisi in ebdoma. pasche et pentheco. Ad missam. Officiū.

Salus populi ego sum dicit dñs: de quacunq; tribulatione clamauerīt ad me exaudiā eos: ⁊ ero illoꝝ dñs ī perpetuū. In tp̄e paschali Alla alla. ps. Attendite popule meus legem meā: inclinate aurē vestrā \ in verba oris mei. Nō dicit. Gloria ī excelsis. in hac missa. Oratio.

Deus qui caritatis dona \ p gratiā sancti spūs \ tuorū cordibus fideliū īfundis: da famulis ⁊ famulabus tuis \ fratribus ⁊ sororibus nostris pro quibus tuā deprecamur clementiā \ salutē mentis et corporis: vt te tota virtute diligāt \ ⁊ que tibi placita sunt tota dilectione perficiāt. Per dñm.

In vni. eiusdē. Lectō ysaie pphete.

Hec dicit dñs deꝰ. In die illa \ deferetur munus domino exercituū: ⁊ rex fortis dominabitur eorū. In die illa erit altare dñi in medio terre: et cognoscetur dñs: ⁊ colent eū in hostiis ⁊ muneribꝰ: ⁊ vota vouebūt dño ⁊ soluēt. Et reuertētur ad dñm et placabitur eis: ⁊ sanabit eos. In die illa \ erit israel bñdictio ī medio terre: cui benedixit dñs exercituum dicens. Benedictus populus meus \ et opus manuum mearum hereditas mea israel. Dixit dominus dñs. Gr. Propitius esto domine peccatis nostris: nequando dicāt gentes vbi est deus eorum. V. Adiuua nos deus salutaris noster: et propter honorem nominis tui domine libera nos. Alleluya. V. Ostende nobis domine misericordiam tuā: ⁊ salutare tuū da nobis. In tempore paschali. ij. Alla. erit de missa dñica. per ebd. sicut in festis sine regimine chori. Tamē in processiōe vbi fit statio. ij. Alla. nō dicetur. Idem modus obseruetur in missa pro pace \ et cōsimilibus.

Secundum Marcum. xii. D

In illo tempore. Sedens iesus cōtra gazophilatiū: aspiciebat quomodo turba iactaret es in gazophilatiū. Et multi diuites iactabant multa. Cū venisset autē vna vidua paupercula: misit duo minuta \ qd̄ est quadrans. Et conuocans discipulos suos ait illis. Amen dico vobis: quia vidua hec paupercula \ plus oībus misit: qui miserūt in gazophilatiū. Omnes enim ex eo qd̄ abūdat illis: miserūt. Hec vero de penuria sua omnia q̄ habuit: misit totū victū suū. Offer. Exaudi deꝰ orationē meā \ et ne despexeris deprecationē meā \ intende in me \ ⁊ exaudi me. In tēpore pascha. Alla. Sequētes duo V. dicūtur alternis vicibꝰ infra aduen. dñi in sa. lxx. vsq; ad. l. tm̄. Ps. Conturbatus sum a voce inimici:

et a tribulatione peccatoris: et expectabā eū qui me ſaluū faceret. ℣ Ego autem ad deum clamaui liberā animā meā: ⁊ extendens manū tuā i retribuendo illis. Secr.

Miſerere quāſumus dñe famulis et famulabus tuis pro quib⁹ hoc ſacrificiū laudis tue offerimus maieſtati tue: ⁊ preſta / vt per hec ſancta ſupne bndictiōis gratiā obtineant: et gloriā eterne felicitatis acquirant. Per dñm. Cōio. Amen dico vobis quicquid orantes petitis credite: quia accipietis et fiet vobis. In tpe paſchali Alleluya alleluya. Poſtcōmunio.

Diuina libantes myſteria quāſ dñe vt hec ſalutaria ſacramēta / illis pficiant ad pſperitatem ⁊ pacem pro quoꝝ quarūqꝫ dilectione / hec tue obtulimus maieſtati. Per dominum noſtrum.

¶ In cōmemoratione ſancti ſpiritus. Ad miſſam. Officium.

Sap. i. B. Spiritus domini repleuit orbem terrarū alleluya: ⁊ hoc qđ cōtinet oīa ſcientiā habet vocis alla alla al. Ps. Exurgat deus et diſſipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Oratio. Pſal. lxvii

Deus qui corda fideliū ſancti ſpūs illuſtratiōe docuiſti: da nobis in eodem ſpiritu recta ſapere: ⁊ de eius ſemper cōſolatione gaudere. Per dominum. In vnita. eiuſ. Lctō actuū aploꝝ.

viii C. In diebus illis. Cū audiſſent apli qui erāt hieroſolymis quia recepiſſet ſamaria verbū dei: miſerunt ad eos petrū ⁊ iohannem. Qui cū veniſſent orauerūt pro ipſis / vt acciperent ſpiritū ſanctum. Nondū enim in quēꝗ illoꝝ venerat: ſed baptizati tantū erāt i nomine dñi ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos: ⁊ accipiebant ſpm ſanctū. Gr. Beata gēs cuius eſt dñs deus eoꝝ ppłs quē elegit dñs in hereditatem ſibi. ℣ Verbo dñi celi firmati ſūt: et ſpū oris ei⁹ oīs virtus eoꝝ. Alla. ℣ Veni ſancte ſpūs reple tuoꝝ corda fideliū: et tui amoris in eis ignē accende. Pſal. xxxii Ibid. Ecc.

In tēpore paſchali primū Alla. ℣ Emitte ſpiritum tuum ⁊ creabuntur: et renouabis faciē terre. Pſal. ciii.

Scdm Alla. ℣ Veni ſācte ſpūs reple tuoꝝ corda fideliū ⁊ tui amoris in eis ignē accēde. Sequētia.

Veni ſācte ſpūs et emitte celit⁹ lucis tue radiū. Veni pater pauperū veni dator munerū veni lumē cordiū. Cōſolator optime dulcis hoſpes aīe dulce refrigeriū. In labore requies in eſtu temperies in fletu ſolatiū. O lux beatiſſima reple cordis īntima tuorum fideliū. Sine tuo numine nichil eſt i lumine nichil eſt innoxiū. Laua qđ eſt ſordidū riga qđ eſt aridū ſana qđ eſt ſauciū. Flecte qđ eſt rigidū / foue qđ eſt frigidū / rege qđ eſt deuiū. Da tuis fidelib⁹ i te cōfidētib⁹ ſacrū ſeptenariū. Da virtutis meritū da ſalutis exitum da perēne gaudiū. Amē. Scdz iohēm

In illo tpe. Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Si quis diligit me xiiii ſermonẽ meũ ſeruabit. Et pr̃ me⁹ diliget eũ: et ad eũ veniem⁹/ ⁊ mãſionẽ apud eũ faciem⁹. Qui nõ diligit me/ ſermones meos nõ ſeruat. Et ſermonẽ quẽ audiſtis non eſt meus: ſed eius qui miſit me patris. Hec locutus ſum vobis apud vos manẽs. Paraclit⁹ aũt ſpũs ſãctus/ quẽ mittet pater ĩ noĩe meo: ille vos docebit oĩa/ ⁊ ſuggeret vobis oĩa q̄cũq; dixero vobis. Pacẽ relinquo vobis: pacẽ meã do vobis. Nõ quomodo mũd⁹ dat ego do vobis. Non turbet̃ cor veſtrum neq; formidet. Audiſtis qꝛ ego dixi vobis: vado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq;: quia vado ad patrẽ/ qꝛ pater maioꝛ me eſt. Et nũc dixi vobis pꝛiuſq̃ fiat: vt cũ factum fuerit credatis. Iã non multa loquar vobiſcum. Uenit enim pꝛinceps mundi huius/ ⁊ in me non habet quicq̃. Sed vt cognoſcat mũdus quia diligo patrẽ: et ſicut mãdatũ dedit michi pater: ſic facio. Offertoꝛ. Cõfirma hoc deus qđ operat⁹ es in nobis: a tẽplo tuo qđ eſt in hieruſalem tibi offerent reges munera all'a. Secreta.

Munera q̄s dñe oblata ſanctifica: ⁊ corda noſtra ſancti ſpiritus illuſtratione emũda. Per d. In vnitate eiuſdẽ. Pꝛefat. Qui aſcen. Nõ dꝫ in hac p̄fatiõe. Hodierna die niſi in ebdo. pẽthe. Cõio. Factus eſt repẽte de celo ſon⁹ aduenientis ſpũs vehemẽtis vbi erãt ſedẽtes alleluya: et repleti ſũt oẽs ſpũ ſãcto loquẽtes magnalia dei alleluya all'a. Poſtcõio.

Sancti ſpiritus dñe corda noſtra inundet infuſio: ⁊ ſui roris intima aſperſione fecundet. Per dñm. In vnitate eiuſdem.

¶ In cõmemo. corpo. xp̄i. Offiũ.

Cibauit eos ex adipe frumenti alleluya: et de petra melle ſaturauit eos alleluya alleluya all'a. ꝟ. Exultate deo adiutori noſtro: iubilate deo iacob. Pſal. lxxx. Ibidẽ. Oratio.

Deus qui nobis ſub ſacramento mirabili paſſionis tue memoꝛiã reliquiſti: tribue q̄s: ita nos corpoꝛis et ſãguinis tui ſacra myſteria venerari vt redemptionis tue fructum in nobis iugiter ſentiamus. Qui viuis et regnas cũ deo pa. Ad coꝛinthios.

Fratres. Ego enim accepi a dño quod ⁊ tradidi vobis i. xi. B qm̄ dñs ieſus in qua nocte tradebat: accepit panẽ ⁊ gratias agẽs fregit: ⁊ dixit. Accipite ⁊ mãducate: hoc eſt coꝛpus meum quod pꝛo vobis tradetur. Hoc facite in meã cõmemoꝛationẽ. Similiter et calicem poſtq̃ cenauit dicẽs. Hic calix nouum teſtamentum eſt ĩ meo ſanguine: hoc facite quotienſcũq; bibetis in meam commemoꝛationem. Quotienſcunq; enim manducabitis panem hunc ⁊ calicem bibetis: moꝛtẽ dñi annunciabitis donec veniat. Itaq; quicũq; manducauerit hũc panẽ: vel biberit calicẽ dñi indigne: reus erit coꝛpoꝛis et ſanguinis domini. Pꝛobet autem ſeipſum homo: et ſic de pane illo edat: et de calice bibat.

Qui enim mãducat et bibit indigne:
iudiciū sibi mãducat: ⁊ bibit
Psal. nō diiudicãs corp⁹ dñi. Gr. Ocli
cxliiij. oīm in te sperãt dñe: ⁊ tu das illis
Ibid. escā in tpe oportuno. ꝟ. Aperis tu
Io. vj manū tuā ⁊ imples oē animal benedictione.
D. Alla. ꝟ. Caro mea vere
est cibus: ⁊ sãguis me⁹ vere est
potus qui mãducat meā carnem:
et bibit meum sanguinē in me manet
⁊ ego in eo. ¶ Sequentia qui
voluerit. queve in festo corporis
christi. Secundum Johannem.

vj. D. In illo tpe. Dixit iesus discipulis
suis: ⁊ turbis iudeorū. Caro mea vere est cib⁹: et sanguis
me⁹ vere est potus. Qui mãducat
meā carnē: ⁊ bibit meū sanguinē
in me manet: ⁊ ego in illo.
Sicut misit me viuēs pr: ⁊ ego viuo
ꝓpter patrē. Et qui manducat
me: ⁊ ipse viuet ꝓpter me. Hic est
panis qui de celo descendit. Non
sicut manducauerūt patres vestri
manna in deserto: et mortui sunt.
Qui manducat hūc panem viuet
Leui. in eternū. Offer. Sacerdotes dñi
j. A. B incensum et panes offerunt deo:
et ideo sancti erūt deo suo et non
polluent nomen eius allā. Secr.

Ecclesie tue q̄s dñe vnitatis
⁊ pacis propicius dona cōcede:
que sub oblatis muneribus mystice
designantur. Per. Prefatio.
j. cor. Quia per incar. Coīo. Quotienscunq̄
xj. F. mãducabitis panem hunc ⁊
calicem bibetis mortem dñi annūciabitis
donec veniat: itaq̄ quicūq̄
manducauerit panem \ vel biberit
calicem domini indigne: reus
erit corporis et sanguinis domini
alleluya. Postcommunio.

Hic nos q̄sumus domine diuinitatis
tue sempiterna
fruitione repleri: quā preciosi corporis
⁊ sãguinis tui: temporalis
perceptio prefigurat. Qui vi. ⁊ regnat.
cū deo pre. ¶ Sciendū est q̄
missa de cruce dr̄ omni vj. feria. a
Deīn oīm. vsq̄ ad aduentū dñi:
nisi fest. ix. lec. ipediat. vel octa. cū
regimine chori: vel dies octa. vel
qd̄ ex necessitate oporteat agere
missā dn̄icalē \ vel aliqd̄ tale festū.
iij. lect. qd̄ aliqd̄ ꝓpriū hʒ seruitiū.
Si vero i. vj. fer. aliqd̄ fest. trium
lec. eue. vbi nullū ꝓpriū habeat seruitiū:
tūc est in dispositiōe cãtoris
dicere missā de cruce vel nō. Cū do
vj. feria. oīno a festo vacauerit et
non oporteat ex necessitate dicere
missā dn̄icalē: semꝑ infra ꝑoīcū
tp̄s dr̄ missa de cruce \ q̄uis oēs hore
dicant de fer. ⁊ nulla fiat mēo
de missa dn̄icali. Tamen si oporteat
dicere missā Salus populi.
oīno ꝑtermittat̄ missa de cruce.
¶ Ad missā de cruce. Officium.

Nos autē gloriari oportet
in cruce dñi nr̄i iesu
xp̄i in quo est sal⁹ vita
⁊ resurrectio nr̄a p̄ quē
saluati ⁊ liberati sumus. In tp̄e
pasch. Alla alla. ps. De⁹ misereatur
nr̄i ⁊ bn̄dicat nobis: illuminet vultū
suū sup̄ nos ⁊ misereat̄ nostri.
Nō dr̄ Gloria i excelsis. Oratio.

Deus q̄ vnigeniti filij tui
domini nr̄i iesu xp̄i preciosa
sanguine viuifice crucis vexillū

ſanctificare voluiſti: concede q̄ſumus: vt qui eiuſdē ſc̄e crucis gaudēt honore: tua quoq̄ vbiq̄ protectione gaudere. Per eundem dominum noſtrum. ¶ Ad Philippenſes.

Fratres. Chriſtus fact⁹ eſt pro nobis obediēs vſq̄ ad mortē/ mortē aūt crucis. Propter quod ⁊ de⁹ exaltauit illū: ⁊ donauit illi nomē/ qđ eſt ſup omne nomen: vt in noīe ieſu omne genu flectat: celeſtiū/ terreſtriū/ ⁊ infernorū. Et oīs lingua cōfiteat᷑ q̄ dn̄s nr̄ ieſus xp̄s: i gloria eſt dei pr̄is. Grad. Chriſtus fact⁹ eſt p̄ nobis obediens vſq̄ ad mortē: mortē autem crucis. ℣. Propter qđ ⁊ deus exaltauit illū: ⁊ dedit illi nomē qđ eſt ſuper omne nomen. Alla. ℣. Dulce lignū dulces clauos/ dulcia ferens pōdera: q̄ ſola fuiſti digna/ ſuſtinere regē celorū ⁊ dn̄m. In tempore paſchali. ij. Alleluya. ℣. Nos autē gloriari oportet in cruce domini noſtri Jeſu chriſti. ¶ Secundum mattheum.

In illo tēpore. Aſcendēs ieſ⁹ hieroſolymā: aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecreto: et ait illis. Ecce aſcendimus hieroſolymā et fili⁹ hominis tradetur principib⁹ ſacerdotum et ſcribis/ et condēnabunt eū morte. Et tradent eū gentibus ad illudendū: et flagellandū/ ⁊ crucifigendum. Et tertia die reſurget. Offer. Protege dn̄e plebē tuā per ſignū ſancte crucis ab omnibus inſidijs inimicorū om̄: vt tibi gratiā exhibeamus ſeruitutē: ⁊ acceptabile tibi fiat ſacrificiū noſtrū. ¶ In tempore paſchali Alleluya. Secreta.

Hec oblatio q̄ſumus dn̄e ab omnibus nos purget offenſis: que in ara crucis immolata: etiā totius mundi tulit offenſas. Per. Prefatio. Qui ſalutē. Cōio. Per lignū ſerui facti ſum⁹: ⁊ p̄ ſanctā crucē liberati ſum⁹ fruct⁹ arboris ſeduxit nos: fili⁹ dei redemit nos alla. ⁊ finiatur cum alla. quādocunq̄ dicitur/ niſi infra ſeptuageſimam vſq̄ ad paſcha. Poſtcommunio.

Adeſto nobis dn̄e deus noſter: ⁊ quos ſancte crucis letari facis honore: ei⁹ quoq̄ perpetuis defende ſubſidijs. Per dn̄m.

¶ Sāctus bonifacius papa egrotauit vſq̄ ad mortem: qui inſtanter petijt a deo vitam in hoc ſeculo ſibi prolongari. Ad quem miſit dn̄s ſanctum raphaelem archangelū cum officio miſſe de quinq̄ vulneribus chriſti/ dicens ad papam. Surge ⁊ ſcribe iſtud officiū ⁊ dicas ipſum quinq̄ vicibus: et continuo recipies ſanitatem. Et quicunq̄ ſacerdos hoc officiū deuote pro ſe: vel pro alio egrotante celebrauerit quinquies: hic ſanitatem ⁊ gratiam recipiet: et in futuro vitam eternā poſſidebit: ſi in bono perſeueret. Et in quacunq̄ tribulatione homo extiterit i hoc ſeculo: ſi procurauerit a ſacerdote hoc officium quinquies pro ſe legi: ſine dubio liberabitur. Et ſi pro anima defuncti legatur: ſtatim poſtq̄ complete dictum fuerit: ſcilicet quinquies/ a penis ani ma ſoluetur. Sanctꝰ igiť bonifacius papa hec audiēs: ſtatim erexit ſe ī loco quo iacuit īfirmatus\ ⁊ ipſū cōiurauit per oīpotētē deū: vt abſqꝫ ſuo periculo recederet: et cuius eſſet: ⁊ ad qḋ veniſſet ſibi cōtinuo indicaret. Qui ſtatim dixit ſe eſſe archāgelū raphaelē a deo ſibi miſſū: ⁊ ſuperius ꝓnunciata promittebat ſine dubio foꝛe rata. Sāctus tūc bonifaciꝰ papa: officium cōfirmauit aplica auctoꝛitate: tribuēs oībus vere cōfeſſis et cōtritis: ſeptimā partē remiſſionis omniū pctōꝝ ſuoꝝ: q̄ illud deuote legerint quina vice. Et ſimiliter illud ꝓdictū officiū legi ꝓcurātibꝰ: quadꝛaginta dies criminaliū: et vnū annū venialiū ī dño relaxauit. ¶ Incipit officiū miſſe de q̄nqꝫ vulneribus dñi noſtri ieſu xp̄i.

Phil. ii. D Humiliauit ſemetipſū dñs noſter ieſus xp̄s vſqꝫ ad moꝛtē: moꝛtē autē crucis: ꝓpter quod ⁊ deꝰ exaltauit illum: ⁊ donauit illi nomen quod

Psal. lxxxviii. eſt ſup omne nomē. P̄s. Miſericoꝛdias dñi: in eternū cātabo. nō dr̄ Glia ī excel. niſi ꝑ aduētū: ⁊ a ſeptuageſima vſqꝫ ad paſcha. Or.

Domine ieſu chriſte\fili dei viui: qui de celo ad terrā de ſinu patris deſcendiſti: ⁊ in ligno crucis quinqꝫ plagas ſuſtinuiſti: ⁊ ſanguinem tuum precioſum in remiſſionem peccatoꝝ noſtrorum effudiſti: te humiliter deprecamur: vt in die iudicii ad dexteram tuam ſtatuti: a te audire mereamur illā vocem dulciſſimā venite benedicti: in regnū patris mei. Qui cū eodem patre in vnitate ſpiritꝰ ſancti viuis ⁊ regnas deus. Per oīa ſecula ſeclo. Amen. ¶ Addatur etiā vna collecta vbi placuerit: ſecundū numerū et tēpoꝛis exigentiā\pro viuo\vel pro defuncto\pꝛo quo iſte miſſe celebrant. ¶ Lctō zacharie prophete.

Hec dicit dñs deꝰ. Effundā xii. de ſpiritu meo ſup domum dauid ⁊ ſuper habitatoꝛes hieruſalem ſpiritū gratie et miſerationis: ⁊ aſpicient in eū quē confixerunt: et plāgent eū planctu quaſi ſuper vnigenitum: ⁊ dolebūt ſup eum\vt doleri ſolet in moꝛte primogeniti. In die illa\erit planctꝰ magnus in hieruſalem: ⁊ dicetur ei. Que ſunt iſte plage: in medio manuum tuarū. Et dixit eis. His plagatus ſum: in domo eoꝝ qui me diligebant. Framea ſuſcitare ſuper paſtoꝛē meū: ⁊ ſuper virum coherentem michi dicit dñs exercituum. Percutiā paſtoꝛē ⁊ diſpergentur oues gregis. Dicit dominus exercituū. Grad. Improperium expectauit coꝛ meū et miſe- Psal. lxvii riam ⁊ ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur et non fuit: conſolantem me queſiui: et non inueni. ℣. Et dederunt in eſcam meā fel: ⁊ ī ſiti mea potauerunt me aceto. Alla. ℣. Aue rex noſter ieſu chriſte: tu ſolus noſtros errores ⁊ reatus miſeratus pertuliſti: patri obediens ductus es ad crucem: vt agnus manſuetus ad occiſionē tibi glocia\oſanna tibi ſumme laudis et honeſtatis chorea. ¶Tractus.

IUdica me deus et diſcerne cauſā meā de gente nō ſancta: ab hoīe iniquo ⁊ doloſo eripe me. V. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repuliſti\et quare triſtis incedo dū affligit me inimicus. V. ¶Teſtes enī iniqui inſurrexerunt aduerſum me: et mentita eſt iniquitas ſibi. V. Supra dorſū meū fabricauerūt ꝑtōres\prolongauerunt iniquitatē ſuā. V. Ipſi vero cōſiderauerūt ⁊ inſpexerunt me: diuiſerūt ſibi veſtimēta mea: et ſuꝑ veſtē meā miſerūt ſortē. V. Foderunt manus meas et pedes meos: ⁊ dinumerauerūt oīa oſſa mea: ⁊ dolorē ſuꝑ dolorē vulneribus meis addiderūt. Sequentia.

CEnam cū diſcipulis xp̄e celebraſti: ⁊ mortē apoſtolis palā nunciaſti: ⁊ auctorē ſceleris iudā demōſtraſti: ⁊ egreſſus ꝓtinus ortulum intraſti. ¶Tunc procidens dn̄s humo ſe proſtrauit: et trāſferri calicem a ſe poſtulauit: ſed patris arbitrio\illud cōmēdauit: et ecce mox ſanguinis ſudor emanauit. Iudas poſt hoc oſculū ori dedit chriſti: ad quid inquit dominus amice veniſti: nūquid trades oſculo quē iā vēdidiſti: aſſiſtētes ꝓtinus irruūt miniſtri. Nox in ſomnis itaq; illo ducebat: nulla prorſus requies ieſu preſtabatur magiſtrorum impia plebs iniuriatur: alapis et colaphis innocēs mactant. Dum ieſum eripere pylatus: conatur iudeoꝝ furia magis inflāmatur: ⁊ tumultꝰ populi ingēs excitatur: ⁊ plebis vox intonat vt crucifigat. ¶Tradit militibꝰ vinculis artat: vndiq; verberibꝰ corpꝰ cruentat: caput regis glie ſpinis coronatur: poſtq; flexis genibꝰ quiſquis irritat. Ecce caro tenera pij ſaluatoris: ad columnā nequiter coartat loris: ſic flagellis ceditur impij tortoris: q̄ emanant riuuli vndiq; cruoris. Poſt per vrbis medium ieſus ꝓcedebat: ⁊ crucis patibulū humeris ferebat: ad fores\ad hoſtia populꝰ fluebat\eiuſq; cōfuſio oībus patebat. Ad pudoris tumulū ieſu denudaris\⁊ vētis ac frigori nudꝰ ſpoliaris: inocēs cū impijs ī cruce dānaris\⁊ quaſi dux ſceleris medio locaris. ¶Tenſis ligno brachijs manus cōclauātur\cruci caro cruribus clauis tractabant\nerui bene ſimili modo laniant pedes plāte etiā ferro ꝯclauātur. Loquēs ieſus poſtea ſitio dicebat\⁊ acetū ꝓtinꝰ felle ꝯmiſcebat: ac īfuſū ſpōgie ori porrigebat\qd̄ deguſtans paululū ſumere nolebat. O ieſu mirifice qd̄ eſt qd̄ agebas tu de ſiti cōquerēs de cruce ſilebas: nunqd̄ hac doloribus magis ſitiebas aut ſalutē potiꝰ noſtrū ſitiebas. Vocē ꝓmēs vltimā patrē īuocaſti: ſpiritūq; manibꝰ eiꝰ cōmēdaſti: cū clamore valido tandē expiraſti\ſic ſalutē oīm opꝰ cōſummaſti ego ſuperbio tu humiliaris\ego culpas perpetro tu pena grauaris: ego pomum mordeo tu felle potaris\ego peto mollia\tu dire tractaris.

Plenum cuius valeat mens vel lingua fari/ virgo intus creditur quantū cruciari: dū cernit iā mortuū latus vulnerari/ atqꝫ nati viſcera lācea rimari. Corpꝰ quidem mortuū iam nil ſentiebat/ militis ſed lācea pectꝰ īfigebat: quā fixā in filij latere videbat/ vnde aqua ſanguine mixta effluebat. Fundūt riuos ſanguinis fontes ſaluatoris/ ꝓperās huc aīa currat pctōris: et hauriat quiſpiam ſacrati liquoris/ quo frequēter liniat vulnera doloris. Ad hūc ergo ꝓpera fontem ſaluatoris/ vt fluctis impleas viſcera dulcoris/ atqꝫ vite lauacrum precium cruoris/ hinc tui curatio profluat languoris.

¶ Secundum Iohannem.

xix. In illo tp̄e. Preſciens ieſus quia iā oīa cōſūmata erāt de ipſo: vt cōſummaretꝰ ſcriptura dixit. Sitio. Vas ergo erat poſitū aceto plenū. Illi autē ſpongiā plenā aceto ⁊ yſopo circūponentes: obtulerūt ori eiꝰ. Et cū accepiſſet ieſꝰ acetū dixit. Cōſummatū eſt. Et īclinato capite tradidit ſpiritū. Iudei ergo qm̄ paraſceue erat: vt nō remanerēt ī cruce corpora ſabbato: (erat enī magnus dies ille ſabbati:) rogauerunt pylatū vt frangerentur eorū crura/ et tollerētur. Venerunt ergo milites/ ⁊ primi quidem fregerūt crura: ⁊ alterius qui crucifixus eſt cū eo. Ad ieſū autē cum veniſſent vt viderunt eū iam mortuū: nō fregerūt eiꝰ crura. Sed vnus militū lācea latus eiꝰ aperuit: ⁊ cōtinuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. Et q vidit teſtimoniū perhibuit: ⁊ verū eſt teſtimoniū eius. Offer. Inſurrexerunt ī me teſtes iniq: abſqꝫ mīa q̄ſierūt me īterficere: ⁊ nō pepercerūt in faciem meā ſpuere: et lanceis ſuis vulnerauerūt me: et ꝯcuſſa ſūt oīa oſſa mea. Secreta.

Domine ieſu xp̄e q pro mūdi redēptiōe crucis lignū aſcendiſti/ vt vniuerſus mūdus q in tenebris erat illuminaretꝰ: illā queſumꝰ lucē in aīas nr̄as ⁊ corpora infunde: ꝑ quā ad eternā lucē ꝑuenire mereamur. Qui cū patre ⁊ ſpū ſctō viuis ⁊ reg. Prefa. Qui ſalutē. Cōio. Foderunt manus meas ⁊ pedes meos: ⁊ dinumerauerūt oīa oſſa mea. Poſtcō.

Domine ieſu xp̄e/ qui hora diei ſexta pro redēptione mūdi crucis patibulū aſcendiſti: et ſanguinē tuū p̄cioſum ī remiſſionē pctōrū noſtroꝝ fudiſti: te humiliter deprecamur: vt ꝑ tue paſſionis ⁊ vulnerū tuorum merita: poſt obitum noſtrum paradiſi ianuā gaudēter mereamur īntroire. Qui cum deo patre ⁊ ſpū ſctō. ⁊c.

¶ In feſto corone dn̄i. Officium.

Gaudeamus oēs in domino diem feſtū celebrātes ſub honore corone domini: de cuius ſolennitate gaudent angeli/ et collaudant filium dei. Ps. Gaudent angeli ⁊ exultāt archangeli: letantur ⁊ congratulantur omnes ſancti. Oratio.

Preſta q̄s omīps deus: vt q in memoriā paſſionis dn̄i nri Jeſu xp̄i\coronã eius ſpineã veneramur ĩ terris: ab ipſo glĩa ⁊ honore\coronari mereamur ĩ celis. Qui tecũ. Lectio libri ſapiẽtie

Ferculum ſalomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis iſrael: oẽs tenẽtes gladios: ⁊ ad bella doctiſſimi. Vniuſcuiuſq; enſis ſup femur ſuum: ꝓpter timores nocturnos. Ferculũ fecit ſibi rex ſalomõ de lignis libani. Columnas eius fecit argenteas\reclinatorium aureum: aſcẽſum purpureum\media caritate conſtrauit\propter filias hieruſalẽ. Egredimini filie ſyon: ⁊ videte regem ſalomonem in diademate\quo coronauit enim mater ſua\in die deſponſationis illius\et in die leticie cordis eius. Quam pulchra es amica mea ꝙ̃ pulchra es. Oculi tui columbarum: abſq; eo quod intrinſecus latet. Veni de libano ſponſa mea veni de libano veni coronaberis. Alleluya. ℣. Tuam coronam adoramus domine: tuũ recolimus triumphũ. Alleluya. ℣. Diadema ſpineum veneremur hodie: cuius per aculeum ſertum datur glorie. Sequentia.

SI vis vere gloriari: ⁊ a deo coronari: honore ⁊ gloria. Hanc coronam venerari\ſtudeas atq; ſectari: portantes veſtigia. Hanc celorũ rex portauit\honorauit ⁊ ſacrauit: ſacro ſuo capite. In hac galea pugnauit\cũ antiquum hoſtẽ ſtrauit: triumphãs in ſtipite. Hec pugnantis galea\triũphantis laurea: tyara pontificis. Primũ fuit ſpinea\poſtmodũ fit aurea: tactu ſancti verticis. Spinarũ aculeos\virtus fecit aureos: xp̄i paſſionis. Que pctis ſpineos mortis eterne reos: adimpleuit bonis. De malis colligitur\et de ſpinis plectitur: ſpinea peruerſis. Sed in aurum vertitur\quando culpa tollitur: eiſdem conuerſis. Jocunda myſteria\ſunt hec ſpo materia: preſentis leticie. Nobis eſt hyſtoria\qua pariter francia: coronatur hodie. Huius coronatio corone ſuſceptio: cuius feſtũ agimus. Debito cũ gaudio\et anniuerſario: honore recolimus. Theſauro tã ꝓobili tam deſiderabili diues es effecta. Terra carens ſimili carens comparabili deo predilecta. Tria priuilegia regna tibi alia ſubdũt in honore. Fides ⁊ militia vnctioq; regia quartũ florẽs flore. Tibi o vrbs inclyta omni laude predita mater ſtudiorũ. Eſt corona tradita: et in te repoſita vrbs pariſiorum. In dei preconiũ totum confer ſtudium: totum cor appone. Que chriſti palladium et ſacre ſacrarium: facta es corone. Jeſu pie Jeſu bone noſtro nobis in agone largire victoriam. Mores noſtros ſic cõpone. vt perpetue corone mereamur gloriã. Amen.

¶ Secundum Johannem.

IN illo tempore. Apprehendit pylatus ieſum: et flagellauit. xix. A Et milites plectentes coronam de ſpinis\inpoſuerunt capiti eius: et veſte purpurea circundederunt eum: ⁊ veniebant ad eũ\

et dicebãt. Aue rex iudeorũ. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum pylatus foras: et dixit eis. Ecce adduco vobis eũ foras\vt cognoſcatis quia in eo nullam inuenio cauſam. Exiuit ergo ieſus: portãs ſpineã coronã\⁊ purpureũ veſtimentum. Credo. Offer. Gloria ⁊ honore coronaſti eũ: ⁊ cõſtituiſti eũ ſup opera manuũ tuarũ dñe. Secreta

p.pñ.

Tuorum militũ rex oĩpotens victorie corroborator: vt quos in huius mortalitatis ſtadio vnigeniti filij tui corona letificat: ꝯſummato curſu certaminis\immortalitatis brauiũ apprehendãt. Per eũdẽ. Prefatio de cruce. Cõio. Poſuiſti domine in capite eius coronam de lapide precioſo. Poſtcõio.

p.xx.

Supplices te rogamus oĩpotens deus\vt hec ſacramẽta que ſumpſimus per ſacroſancte filij tui corone: cuius ſolennia recenſemus\virtutem nobis proficiant ad medelam. Per eundẽ chriſtum.

Sabbato celebratur de beata virgine: et quare in vij. feria de btã virgine initium quidem habuit. Nã ĩ quadã eccleſia ciuitatis Cõſtãtinopolitane erat imago btẽ virginis corã qua dependebat velũ\quod totã velabat imaginẽ: ſed hoc velũ in. vj. feria poſt veſ. recedebat ab imagine, nullo mouente: ſolo dei miraculo: quaſi deferretur in celum\vt ad plenum poſſet imago conſpici. Celebratis veſ. in ſab. deſcendebat ipſum velum ante eãdẽ imaginem: et ibi manebat vſq; in feriam. vj. ſequentẽ. Hoc viſo miraculo ſancitũ eſt\vt ſemper illa fer. celebret de btã vgine. Alia etiã ratio eſt: q2 dño crucifixo et mortuo diſcipulis fugiẽtib9 ⁊ de reſurrectione deſperãtib9: ĩ illa ſola tota fides remãſit. Sciebat enim quõ portauerat eũ ſine labore ⁊ pepererat ſine dolore: ⁊ ideo certa erat ꝙ filius dei eſſet: et a mortuis tertia die reſurgere deberet: et hec eſt ratio quare dies ſabbati magis ꝙ̃ alia dies btẽ marie appropriatur. Tertia ratio eſt: q2 dies ſab. eſt ianua ⁊ introitus ad dñicã diẽ: dies aũt dñica eſt dies requiei: et ſignificat vitã eternã. Unde cũ ĩ grã ſumus dñe nře: ſum9 quaſi ĩ ianua paradiſi. Igitur q2 ipſa eſt nobis porta ad regnũ celorũ: qđ ꝑ diẽ ſab. figuratur ideo de illa ſolenizam9 in. vij. fer. Ordinatio miſ. quotidiane beate ma. ꝗ diẽ dñicã precedit. Quarta ratio eſt: vt ſolennitas matris ſolennitati filij cõtinetur. Quinta ratio eſt: vt feſtiuius agatur ĩ die qua de9 ab omni opere requieuit.

Ordinatio miſſe quotidiane btẽ marie vginis ꝗ dicitur Salue. Pulſatio ad miſſam beate marie: cõueniant clerici ad eandẽ per ebdo. deputati\ꝗ dictis prius horis beate virginis ĩ capella eiuſdem: videlicet prima\tertia\ſexta\et nona\miſſam ſolenniter exequãtur. Hoc addito ꝙ in inceptione cuiuſlibet hore dicit̃ ſalutatio angelica ſcz Aue maria. genuflectendo ſub ſilentio. ¶ Ad miſſam quotidianam beate marie ſacerdoti assistāt dyaconꝰ & subdyacōnꝰ ministrātes ei ī dalmaticis & tunicis omni duplici festo per annū & per oct. nati. dñi. pasche\ & pēthecostes ī sab. & ī dñicis & ī oībꝰ festis q̄ habēt inuitatoriū triplex. Et ī oībus his [illegible], a duobꝰ de superioribꝰ ī superpelliciis cātatur: alias a clericis īferioribꝰ ī habitu semꝑ eodē. Celebrat etiā missa btē virginis solēniter omni die ꝑ annū ī capella eiusdem: nisi duobꝰ diebꝰ primis ante pascha. ¶ Ad missā beate virginis quotidie dicendā in capella & in choro īfra aduentū quādo fit plenū seruitiū de ea: nisi in festo cōceptionis eiusdē. Officiū.

Rorāte celi desuꝑ et nubes pluant iustū: aperiatur terra\ & germinet saluatorē. Ps. Et iustitia oriatur simul ego dominꝰ creaui eū. Deinde repetatur officium. Rorate celi. Gloria patri. ¶ Tertio repetatur officium. Et sic fiat ibidem per totum annum: etiam infra passionem. Ad missam quotidianam de sctā maria in capella eiusdē omni die ꝑ annū nisi duobꝰ diebus āte pasc. dr̄ vnū Kyrie. ex istis sequētibus videlicet oībꝰ simplicibꝰ fes. siue fiat ī choro de tꝑalibꝰ siue de fes. sctōrū dicitur vnū istorū absq̄ ꝟ. scꝫ Kyrie rex splendens. vel Kyrie fons bonitatis. In oībus vero dñicis dr̄ absq̄ ꝟ. vnū eorūdē: vel illud scꝫ. Kyrie rex genitor. ¶ Fer. ij. Kyrie de O rex clemēs. ¶ Fer. iij. Kyrie Conditor. ¶ Feria. iiij. Cuncti potēs. ¶ Fer. v. Omnis ter. ¶ Fer. vj. Lux & ori. ¶ Sabbato. Kyrie omnipotens. Oratio.

Deus q̄ de btē marie semꝑ virginis vtero vbū tuū angelo nūciāte carnē suscipe voluisti: ꝓsta supplicibꝰ tuis\ vt q̄ vere eā dei genitricē credimꝰ\ eiꝰ apud te itercessiōibꝰ adiuuemur. Per eūd. ¶ Sequētes mēo. fiat ꝑ totū annū ad mis. eiusd. ī capella. Scda oro de trinitat. or. Oīps sēpiterne. tertia oro ꝑ epis viuis oro Oīps sēpiterne deꝰ: q̄ facis mirabi. quarta oro ꝑ bñfactoribꝰ defūctis. or. Oīps sēpitne deꝰ: vnica salꝰ mor. qnta oro gñalis scꝫ. Oīps sēpitne deꝰ: q̄ viuorū. Require ꝑdictas orōnes cū secretis & postcō. ante offm̄. Salue scta parēs. Et sciēdū est ꝙ scda oro ad mis. quotidianā de sctā maria: erit sēꝑ de sctō ī cuius honore dedicatum est altare vel ecclesia vbi qs celebrat. Lect. esaie ꝓphe. vij. B

In diebus illis. Locutꝰ est dñs ad achaz dicēs. Pete tibi signū a dño deo tuo in ꝓfundū inferni: siue in excelsū supra. Et dixit achaz. Nō petā et nō tētabo dñm. Et dixit. Audite ergo domꝰ dauid. Nūquid parū vobis est molestos esse hominibꝰ: quia molesti estis & deo meo: Propter hoc dabit dominꝰ ipse vobis signum. Ecce virgo cōcipiet & pariet filiū & vocabitur nomē eiꝰ emmanuel. Butyrū & mel comedet: vt sciat reprobare malū & eligere bonum. ¶ In capella btē virginis ꝑ totū annū gradꝰ cū suo ꝟ. cātet a toto choro. Gr.

Psal. xxiij. Tollite portas p̄ncipes vestras: ⁊ eleuamini porte eternales: ⁊ introibit rex glie. Ibid. ℣. Quis ascēdet ī mōtē dn̄i: aut q̄s stabit ī loco scō ei⁹? Innocēs manib⁹ ⁊ mūdo corde. Nūq̄ v̄su repetat̄ gr̄a. post suū. ℣. ī missis quotidianis de sctā maria neq̄ de trinitate: neq̄ de ceteris cōmemorationib⁹ nisi ī pleno seruitio suo. Luce. i.c Alla. ℣. Aue maria grā plena dn̄s tecū bn̄dicta tu ī mulierib⁹. Ioh. Alla p totū aduētū dr̄ ī choro\ī cōmemoratiōe btē marie: ⁊ sic̄ ī capella. Seq̄ntia. Mittit ad v̄ginē. vel huis ad placitū. Et hoc p totū ānū obseruet\ad missā quotidia. de sctā maria. ¶ Et sciendū est q̄ quotidie p annū dr̄ seq̄ntia ī capella btē v̄gis: et sic̄ ī choro q̄n dr̄ missa solēniter de eadē. ¶ Nō fit plenū seruitiū de sācta maria per aduētū dicitur vna ex istis sequētijs per ordinē: ⁊ similiter dr̄r ad missā quotidianā. Sequentia.

Missus est gabriel de celis\ verbi baiulus fidelis: sacris differit loquelis\cū btā virgine. Verbū bonū et suaue\pādit intus ī cōclaue: ⁊ ex eua formās aue eue verso nomine. Consequenter iuxta pactū\adest verbū caro factū: semꝑ tamē est intactū\puellare gremium. Patrē pariēs ignorat\ ⁊ quā homo nō deflorat: nō torquetur nec laborat\quando parit filium. Signum audis nouitatis: crede solum: et est satis: nō est tue facultatis\soluere corrigiā. Grande signum et insigne\est in rubo et in igne: ne appropiet indigne\calciatus quispiā. Virga sicca sine rore\nouo ritu nouo more: fructum protulit cū flore\sic ⁊ virgo peperit. Benedictus talis fructus fructus gaudij non luctus: non erat adam seductus\si de hoc gustauerit. Iesus noster iesus bon⁹ pie matris pis̄ onus: cuius est in celo thronus\noscitur in stabulo. Qui sic est pro nobis natus\nostros deleat reatus: q2 noster īcolatus\hic est in periculo. Sequentia.

Mittit ad virginē non quēuis angelū\sed fortitudinē suum archāgelū: amator hoīs. Fortē expediat pro nobis nunciū nature faciat vt preiudiciū ī partu virginis. Naturā superat nat⁹ rex glīe\regnet ⁊ imperet ⁊ zymascorie: tollat de medio. Superbientiū terit fastigia colla sublimium calcās vi propria: potēs in prelio. Foras eijciat mundanum principem\spōsamq3 faciat secum participē: patris imperij. Exi qui mitteris hec dona dissere reuela veteris: velamen littere virtute nūcij. Accede nuncia dic aue cominus\ dic plena gratia: dic tecum dn̄s\⁊ dic ne timeas. Virgo suscipias dei depositū\in quo perficias casta propositū: ⁊ votum teneas. Audit et suscipit puella nunciū\credit ⁊ concipit ⁊ parit filiū: sed admirabilē. Consiliarium humani\generis\et deum fortium ⁊ patrē posteris: ī pace stabilē. Sequentia.

Verbum bonum et suaue\personemus illud aue: per quod christi fit cōclaue: virgo mater filia. Per q̇d aue ſalutata\ mox cōcepit fecundata: virgo dauid ſtirpe nata\ inter ſpinas lilia. Aue veri ſalomonis\ mater vellꝰ gedeonis: cuiꝰ magi tribꝰ donis: laudant puerperiū. Aue ſolem genuiſti\ aue prolem protuliſti: mūdo lapſo contuliſti: numē ⁊ imperiū. Aue mater verbi ſūmi\ maris portus ſignū dumi: aromatū virga fumi\ angelorū dña. Supplicamꝰ nos emenda: emēdatos nos cōmenda: tuo nato ad habēda\ ſēpiterna gaudia. Scd̄m Lucam.

IN illo tpe. Miſſꝰ eſt āgelꝰ gabriel a deo\ ī ciuitatē galilee cui nomē nazareth ad virginē deſponſatā viro cui nomē erat ioſeph: de domo dauid ⁊ nomē virginis maria. Et igreſſꝰ āgelꝰ ad eā dixit. Aue grā plena dñs tecū: bñdicta tu in mulieribꝰ. Que cū audiſſet turbata eſt ī ſermone eiꝰ et cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelꝰ ei. Ne timeas maria: inueniſti enī gratiā apud deū. Ecce cōcipies in vtero et paries filiū: ⁊ vocabis nomen eiꝰ ieſum. Hic erit magnus ⁊ filiꝰ altiſſimi vocabitur. Et dabit illi dñs deꝰ ſedē dauid pr̄is eiꝰ: et regnabit in domo iacob ī eternū. Et regni eius nō erit finis. Dixit autē maria ad angelū. Quomodo fiet iſtud\ qm̄ virū nō cognoſco? Et reſpōdēs angelꝰ dixit ei. Spūſſctūs ſuperueniet ī te: ⁊ virtꝰ altiſſimi obūbrabit tibi. Ideoq; ⁊ q̇d naſcet̄ ex te ſctm̄\ vocabit̄ filiꝰ dei. Et ecce elizabeth cognata tua: ⁊ ipſa cōcepit filiū ī ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextꝰ illi q̄ vocat̄ ſterilis: quia nō erit īpoſſibile apud deū oē verbū. Dixit aūt maria. Ecce ancilla dñi fiat michi ſcd̄ȝ verbū tuū. ¶ Et legat euāgeliū ad miſſā btē marie ī eiuſd capella oī die p annū\ cū eadē nota qua ⁊ euangeliū ad miſſā de die legēdū eſt. ¶ Nota q̄ ad miſſā quotidianam btē marie ſemp dicitur Credo. qn̄ dicēdū eſt ad miſſā de die. Offer. Aue maria grā plena dñs tecū: bñdicta tu ī mulieribus ⁊ bñdictꝰ fructꝰ vētris tui. Alle. vel quodlibet aliud ad placitū per totū annū ad miſſam quotidie de eadem. Idem de communione obſeruetur. Secreta.

Luce. i. ca. b

IN mētibus nr̄is qs dñe\ vere fidei ſacramenta confirma: vt q̄ cōceptū de virgine deum verū ⁊ hoīem firmiter cōfitemur: p eiuſdē ſalutifere īcarnationis potētiā\ ad eternā mereamur puenire leticiā. Per eūd. Prefa. Et te ī veneratiōe. Et dr̄ hec pfatio quotidie ī capella ⁊ etiā ī cōmēo. eiuſdē p totū annū: niſi a nati. dñi vſq; ad purificationē. Cōio. Ecce virgo cōcipiet et pariet filiū: ⁊ vocabitur nomē eiꝰ emmanuel. Poſtcō.

vii. c Eſa.

GRatiam tuā qs dñe mentibꝰ nr̄is īfūde: vt q̄ angelo nūciāte xp̄i filij tui īcarnationē cognouimꝰ: p paſſionē eiꝰ ⁊ crucē ad reſurrectionis gloriā perducamur p eū. Hec pdicta poſtcōio. ſcȝ. Gratiā tuā dicit̄ ī tpe paſch. vſq; ad vigiliā aſcēſionis dñi excluſiue\ qn̄ poſt aliquā miſſā fit memoria de btã maria\cũ officio. Salue sancta parẽs. ¶ Notandũ est q̃ in oibꝰ festis btẽ marie per totũ annũ: ⁊ quotidie infra octauas: et in octauis: eiusdẽ dicit̃ eadẽ missa in capella q̃ dicẽda est i choꝛo: ita tamen q̃ epistola non mutet̃ ꝑ octa.

¶ Ad missam de sancta maria in die natiuitatis domini: et quotidie ab hinc vsqꝫ ad purificationẽ in capella ⁊ in choꝛo quãdo fit plenum seruitium de ea. Officium.

Psal. xliiij. Uultum tuum depꝛecabuntur omnes diuites plebis adducentur regi virgines post eam: pꝛoxime eius adducẽtur tibi in leticia et exultatione.

ibidẽ Ps. Eructauit coꝛ meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Dũ autẽ dicit̃ Gloꝛia i excelsis. Ꝟ. Spũs ⁊ alme. Habet dici oibꝰ sabbatis i capella cũ cãtu q̃ cõtinet̃ in magno missali de nr̃a dñ̃a. In choꝛo autẽ quater i anno: videlicet i vltima ꝯmemoꝛatiõe btẽ virginis ante aduẽtũ dñi ⁊ ante septuagesimã ⁊ tũc dr̃ Spũs ⁊ alme oꝛphanoꝛũ. A toto choꝛo cũ Ꝟ. sequenti: dicet̃ etiã i choꝛo i oct. assũptiõis et nati. btẽ marie a tribꝰ clericis de superioꝛi gradu i supplicijs ad gradũ choꝛi. ¶ Et sciẽdũ est q̃ quñcũqꝫ dicit̃ in choꝛo vel extra. Ꝟ. Spiritus ⁊ alme. dicit̃ sup Kyrie cantus de Kyrie omnipotens. et iste sequens cantus super Sanctus cum hac additione. Benedictus marie filius. Et dicitur iste cantus super Agnus dei. Oratio.

Deus q̃ salutis eterne btẽ marie virginitate fecũda humano generi p̄mia p̄stitisti: tribue q̃s: vt ipsã ꝑ nobis intercedere sentiamꝰ: per quã meruimꝰ auctoꝛẽ vite suscipere: dñm nostrum iesum chꝛistum filium tuũ. Qui tecũ viuit et regñ. ¶ Lectio epistole beati pauli apli. Ad tytum.

Charissime. Apparuit benignitas et humanitas saluatoꝛis nr̃i dei. Non ex operibus iustitie q̃ fecimꝰ nos: sed scdm suã mĩam saluos nos fecit. Per lauacrũ regeneratiõis ⁊ renouatiõis spũs sctĩ: quẽ effudit i nos abũde: per iesũ xp̄m saluatoꝛẽ nr̃m. Ut iustificati grã ipsiꝰ: heredes simꝰ scdm spẽ vite eterne. In xp̄o iesu: dño nostro. Gr. Speciosus foꝛma pꝛe filijs hoim diffusa est grã i labijs tuis. Ꝟ. Eructauit coꝛ meum verbũ bonũ: dico ego opera mea regi\lingua mea calamus scribe velociter scribẽtis. Allia. Ꝟ. Post partũ virgo inuiolata p̄mãsisti: dei genitrix intercede pro nobis. Hoc allia dicit̃ i cõmemoꝛatiõe btẽ marie i choꝛo i tp̄e natiuitatis dñi: ⁊ etiã quotidie i capella. Itẽ in die purificationis dicit̃. Allia. Ꝟ. Adorabo in choꝛo ⁊ in capella. vts. in eodem die purificationis. Quãdocunqꝫ enim fit plenũ seruitiũ de sctã maria: dicit̃ vna ex istis sequentijs per oꝛdinẽ. Sequentia.

Post partum virgo maria. Dei genitrix fecunda grã tonantis plena. Aue terrarũ dña alma celoꝛũ regina. Tibi ethera omniſqꝫ ſctoꝛũ turma depꝛomat ſymphonia. Tellus flumina atqꝫ ſiluarum nemoꝛa reſultant voce ſua. Salue parens inclyta felix puerpera. Per te lux et veritas mundo eſt edita. Tu ieſum papilla lactaſti ſacra extans virgo feta mater intacta. Unde noſtris eya faue votis dña chꝛiſtũ interpellans pꝛo ſalute humana. Per te mater aboleri filioꝛũ flagitamus crimina. Noſqꝫ oẽs introduci ſẽpiterna paradiſi gaudia. Quo perennis vite perfruamur gloꝛia. Amen. Alia ſequentia.

Ave maria grã plena dñs tecũ virgo ſerena. Bñdicta tu in mulieribꝰ. Que peperiſti pacẽ hominibꝰ ⁊ angelis gloꝛiã. Et bñdictꝰ fructꝰ vẽtris tui. Qui coheredes vt eſſemꝰ ſui nos fecit ꝑ gratiã. Per hoc autẽ aue mũdo tã ſuaue cõtra carnis iura. Genuiſti pꝛolẽ nouũ ſtella ſolẽ noua genitura. Tu parui ⁊ magni leonis et agni ſaluatoꝛis xp̃i tẽplũ extitiſti\ſed virgo ĩtacta. Tu floꝛis ⁊ roris panis ⁊ paſtoꝛis virginũ regina roſa ſine ſpina genitrix es facta. Tu ciuitas regis iuſticie. Tu mr̃ es mĩe. Theophilũ refoꝛmãs grẽe. De lacu fecis ⁊ miſerie. Ergo maris ſtella verbi dei cella ⁊ ſolis auroꝛa. Paradiſi poꝛta ꝑ quã lux eſt oꝛta natũ tuũ oꝛa. Nos vt ſoluat a pctĩs ⁊ ĩ regno claritatis quo lux lucet ſedula collocet per ſecula. Amen. Alia ſequentia.

Letabundus exultet fidelis choꝛus alleluya. Regem regum intacte pꝛofudit thoꝛus\res miranda. Angelus conſilij natus eſt de virgine ſol de ſtella. Sol occaſum neſciẽs ſtella ſemper rutilans ſemper clara. Sicut ſydus radium pꝛofert virgo filium pari foꝛma. Neqꝫ ſydus radio\neqꝫ mater filio: fit coꝛrupta. Cedꝛus alta libani confoꝛmatur yſopo valle noſtra. Verbum ens altiſſimi coꝛpoꝛari paſſum eſt carne ſumpta. Iſaias cecinit ſynagoga meminit: nunq̃ tamen deſinit eſſe ceca. Si non ſuis vatibus credat vel gentilibus ſibillinis verſibus hec pꝛedicta. Infelix pꝛopera\crede vel vetera: cur damnaberis gens miſera. Quem docet littera: natum conſidera. Ipſum genuit puerpera. Amen. Alia ſequentia de beata virgine Maria.

Salue ſancta parens\roſa ſpina carẽs ſeda nobis bella\aue maris ſtella. Dona nobis pacem\mater tu veracem: tribue iuuamen\mutans eue nomẽ. Mala noſtra pelle\trahens ſine felle: crimina ignoſce\bona cuncta poſce. Per te detur mater\filius nobis et pater: vt qui ex te natus\tulit eſſe tuus. Superbiam vita\ſalus infinita: ſuſcipe tu faſſos\mittes fac et caſſos. Subleuatu clemens\ſalue virgo parens\tecum ſubleuemur\ſemper colletemur. Ago ſibi patri ſummas grates ratas: almo nato ſonus\trinus honoꝛ vnus. Laudetur dei filius\patris marie vnicꝰ: colãt adorẽt viſcera\quẽ terra põthꝰ ethera

Surgamꝰ oēs ſuīcē\flectamꝰ ītā bidicē:ſubdant̄ illi ſingula\cui luna ſol ⁊ oīa. Beata mr̄ humilis\excelſa ſuper ſydera:fac nos purgatos crimine\beata mater munere. Preſta virgo piiſſima\luſtrata almo flamine:munitos redde filio\beata celi nūcio. Per te ſumamus gaudia\⁊ ſupnoꝝ cantica:pſallentes chriſti noīe\gloria tibi dn̄e. O glorioſa dn̄a hirſutos hoſtes callidos:ſternis colliſa tartara cōfuſa ſemꝑ viſcera. Quod eua triſtis abſtulit\tu ſola mat̄ tribuis\ꝑ te reſumit ppl̄s priores vires ꝑditas. Tu regis alti ianua\ꝑ quā ītramꝰ curiā:iocūditatis gaudia\at ſctōrum ciuiū. Gloria tibi dn̄e\q̄ natꝰ es de virgine:cum p̄re ſctō ſpū\in ſēpiterna ſcl̄a amē. Alia ſeq̄ntia.

Hac clara die turma feſtiua dat p̄conia. Mariā ꝯcrepādo ſymphonia nectarea. Mūdi dn̄a q̄ eſt ſola caſtiſſima ꝟginū regina. Salutis cauſa vite porta atq̧ celi referta gr̄a. Nā ad illam ſūt nūcia olim facta āgelica. Aue maria gr̄a dei plena per ſecula. Mulierū pia agmina: intra ſēp benedicta. Virgo ⁊ grauida int̄ intacta prole glorioſa. Cui cōtra maria: hec reddit famina. In me quomodo tua iā fiēt nūcia. Viri noui nullā certe copulā. Ex quo atq̧ nata ſū īcorrupta. Diua miſſus ita reddit affata. Flatu ſacro plena fies maria. Noua efferēs gaudia celo t̄re nati ꝑ exordia Intra tui vteri clauſtra portās q̄ gubernat et̄na. Dia qui dat tēpora pacifica. Alia ſeq̄n.

Aue mūdi ſpes maria:aue mitis aue pia\aue plena gratia. Aue virgo ſingularis q̄ ꝑ rubū deſignaris nō paſſū incēdia. Aue roſa ſpecioſa aue ieſſe virgula. Cuius fructꝰ noſtri luctꝰ:relaxauit vincula. Aue carens ſimili:mūdo diu flebili\reparaſti gaudiū. Aue cuiꝰ viſcera contra mortis federa ediderūt filiū. Aue virginum lucerna: per quā fulſit lux ſupna his quos vmbra tenuit. Aue virgo de qua naſci:et de cuiꝰ lacte paſci rex celoꝝ voluit. Aue gēma celi luminariū. Aue ſancti ſpūs ſacrariū. O q̄ mirabilis ⁊ q̄ laudabilis hec eſt virginitas. In qua ꝑ ſpm̄\facta paraclytū:fulſit fecūditas. O q̄ ſancta q̄ ſerena\q̄ benigna\q̄ amena:eſſe virgo credit̄. Per quā ſeruitꝰ finitur porta celi aperit̄:et libertas redditur. O caſtitatis liliū\tuū p̄care filiū:q̄ ſalꝰ es humiliū. Ne nos ꝑ nr̄o vicio\in flebili iudicio:ſubijciat ſupplicio. Sȝ nos tua ſctā:prece mūdās a pct̄i fece. Collocet in lucis domo amē dicat oīs homo. Alia ſeq̄ntia

Hodierne lux diei: celebris in matris dei\agitur memoria. Decātemus ī hac die:ſēꝑ virginis marie\laudes ⁊ p̄conia. Oīs homo oī hora:ipſā ora et implora eius patrocinia. Pſalle pſallentiſu toto cordis oris voce voto\aue plena gratia. Aue dn̄a celoꝝ inexperta viri thorū\parens paris neſcia. Fecundata ſine viro genuiſti modo miro:genitorē filia. Florēs ortus auſtro flante porta clauſa poſt et ante ſtia virgo inuia. Fuſa celi roꝛe tellus fuſū gedeonis vellus deitatis pluuia. Salue ſplēdoꝛ firmamēti tu caliginoſe mēti\deſuper irradia. Placa mare maris ſtella\ne iuoluat nos pꝛocella\⁊ tēpeſtas obuia. Amē. ¶ Iſte ſeptem ſequētie dr̄ qn̄ fit plenū ſeruitiū de ſctā maria extra aduentū ꝑ totū annū\etiā ī ſeptuageſima vſq; ad caput ieiunij. Nunq̄ enī dicit tractus ad miſſā de cōmēoꝛatiōe btē marie ī eccl'ia Sarū: ſed ſemꝑ ſequētia. etiā ꝑ totā. xl. ad miſſam quotidia. de ea. Et tūc q̄ plures dicūt in dominicis. Aue pꝛeclara.

¶ Euangeliū Secundū Lucam.

IN illo tp̄e. Paſtoꝛes loqbātur adīuicē. Trāſeam⁹ vſq; bethleē et videam⁹ hoc verbū qḋ factum eſt quod fecit dominus et oſtendit nobis. Et venerunt feſtinantes: ⁊ inuenerunt mariam et ioſeph\et infātem poſitū ī ꝑſepio. Videntes aūt cognouerūt de verbo qḋ dictū erat illis de puero hoc Et oēs q̄ audierant mirati ſūt: et de his que dicta erant a paſtoꝛib⁹ ad ipſos. Maria aūt conſeruabat omnia verba hec: conferens ī coꝛde ſuo. Et reuerſi ſūt paſtoꝛes glorificantes et laudantes deū: in oībus que audierāt et viderāt ſicut dictū eſt ad illos. Offer. Offerentur regi virgines poſt eam pꝛoxime eius offerentur tibi. Secreta.

OBlatis dn̄e munerib⁹ ſuppliciter depcamur: vt q̄ verā verbi tui īcarnationē fideliter veneramur verā eiuſdem ſubſtātiā carnis ac ſanguinis quā per ſpiritū ſanctū virgo mater edidit in hoc pꝛeſēti myſterio ſalubꝛiter percipiamus. ꝑ eūdem. Pꝛefatio. Quia per incarnati. Cōio. Diffuſa eſt gr̄a in labijs tuis: pꝛopterea bn̄dixit te deus in eternū. Poſtcō.

ꝑ.iiii

DA q̄ſum⁹ miſericoꝛs de⁹: eius nos continua interceſſione vegetari: cui⁹ integra virginitate ſuſcepim⁹ auctoꝛē noſtre ſalutis\dominum noſtrum ieſum chꝛiſtum filiū tuum. Qui tecum.

¶ Sequētes memoꝛie fiāt ꝑ totū annū ad miſſam eiuſḋ in capella.

¶ Scḋa oꝛatio de trinitate. Oꝛ.

OMīps ſempiterne de⁹: q̄ dediſti famulis tuis in cōfeſſione vere fidei eterne trinitatis gloꝛiā agnoſcere: ⁊ in potētia maieſtatis adoꝛare vnitatē queſum⁹: vt eiuſdē fidei firmitate: ab oībus ſemper muniamur aduerſis. Qui vi. ⁊ reg. de⁹: ꝑ oīa. ¶ Tertia oro pꝛo epīs viuis ⁊ ſubditis. Oꝛatio.

OMīps ſempiterne de⁹\q̄ facis mirabilia magna ſol⁹: ꝓtende ſuꝑ famulos tuos ⁊ pōtifices et ſuꝑ cūctas cōgregationes illis cōmiſſas ſpiritū gratie ſalutaris ⁊ vt in veritate tibi cōplaceāt: perpetuū eis roꝛē tue benedictionis infunde. Per d. ¶ Quarta oꝛatio pꝛo bn̄factoꝛib⁹ nr̄is defūctis. oꝛ.

OMīps et miſericoꝛs de⁹ vniuerſa ſalus moꝛtaliū: te ſupplices exoꝛam⁹ pꝛo aīabus famuloꝝ famularūq; tuarū parentū ⁊ bn̄factoꝝ noſtroꝝ: vt interueniente beata dei genitrice maria cū oīb⁹ ſanctis tuis: peccatorum eis largiri digneris indulgentiã: ⁊ in nouiſſimo die beate reſurrectionis letitiã. Per eundẽ. ¶ Quinta oratio generalis ꝓ viuis ⁊ defũctis.

OMnĩpõs ſẽpiterne deꝰ q̃ viuorũ dñaris ſimul ⁊ mortuorũ: oĩumqꝫ miſereris quos tuos fide et opere futuros eſſe ꝓnoſcis te ſupplices exoramus vt pro quibꝰ effũdere preces decreuimꝰ: quoſqꝫ vel preſens ſeculum adhuc in carne retinet: vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit pietatis tue clemẽtia oĩm delictorũ ſuorũ veniã ⁊ gaudia ꝯſequi mereant̃ eterna. Per. ¶ De trinitate. Secreta.

SAnctifica q̃s dñe deꝰ trinitas ſancta: per tui ſcĩ nominis inuocationẽ/ huius oblationis hoſtiã: et per eã noſmetipſos tibi perfice munꝰ eternũ. Qui viuis et regnas deꝰ. Per oĩa. ¶ Pro epĩs viuis ⁊ ſubditis. Secreta.

HOſtias q̃s dñe famulorum tuorũ placatus intende et quas ĩ honore nõis tui deuota mẽte pro eis celebramꝰ proficere ſibi ſentiãt ad ſalutẽ. Per d. ¶ Pro bñfactoribus defunctis. Secreta.

SAnctifica q̃s dñe per fideliũ oĩm vitalia ſacramẽta ⁊ preſta: vt per ea interueniente btã dei genitrice maria cũ oĩbꝰ ſcĩs tuis: hoc ipſũ ꝓficiat aĩabꝰ famulorũ famulaꝝqꝫ tuaꝝ: parentũ: et bñfactorũ noſtrorũ ab omnibꝰ vicijs expiate pabulo vite reficiantur eterne. Per eundem chriſtum. ¶ Pro viuis ⁊ defũctis. Secreta.

DEus cui ſoli cognitus eſt numerꝰ electorũ in ſuperna felicitate locandus/ tribue q̃s vt vniuerſorũ quos ĩ oratione cõmendatos ſuſcepimus: ſiue oĩm fideliũ nõia beate predeſtinationis liber aſcripta retineat. Per. ¶ De trinitate. Poſtcommunio.

PRoficiat nobis ad ſalutem corporis ⁊ anime dñe deus noſter huius ſacramẽti ſuſceptio: et ſẽpiterne ſancte trinitatis eiuſdemqꝫ indiuidue vnitatis confeſſio. In qua viuis et regnas deus. ¶ Pro epĩs ⁊ ſubditis. Poſtcõio.

QUos celeſti recreas munere dñe perpetuo comitare preſidio ⁊ quos fouere non deſinis: dignos fieri ſempiterna redemptione concede. Per dominũ. ¶ Pro benefactoribus. Poſtcõio.

UIuificet nos queſumus dñe ſalutare quo paſti ſumus ſacramẽtum: ⁊ interueniente beata dei genitrice maria cum oĩbus ſanctis tuis concede: vt hoc ipſum proficiat aĩabus famulorũ famulaꝝqꝫ tuarũ parentũ et benefactorũ noſtrorum ad promerendam propitiationis tue gratiam: et percipiendam future reſurrectionis gloriã ſẽpiternã. Per eũd. ¶ Pro viuis ⁊ defũctis. Poſtcõio.

PRo celeſtis cõuiuij iocũditate grãs tibi referimꝰ rex et ſacerdos noſter maieſtatẽ tuam humiliter rogantes: vt hec ſacroſancta corporis et ſanguinis tui hoſtia nõ ſit nobis reatꝰ ad penã/ ſed interceſſio ſalutaris ad veniã:

ſit ablutio ſcelerum: ſit fortitudo fragiliū: ſit contra omnia mundi pericula firmamentū: ſit viuoꝝ atqꝫ mortuoꝝ fideliū remiſſio oīm delictorum. Per te ſaluator mūdi rex glorie. Qui viuis et regnas cū deo patre in vnitate ſpiritusſcti.

¶ Ad miſſā de ſctā maria a purificatiōe vſqꝫ ad aduentū dñi ī capella et in choro qñ fit plenū ſeruitiū de ea: niſi in feſt. et per octa. eiuſdē.

Salue ſancta parens enixa puerpera regem qui celum terramqꝫ regit in ſecula ſeculorum. In tēpe paſchali. Alla. V. Benedicta tu in mulieribus: et benedictꝰ fructus ventris tui. Oratio.

Concede nos famulos tuos queſumꝰ domine deus perpetua mentis et corporis ſalute gaudere: et glorioſa beate marie ſemper virginis interceſſione a preſenti liberari triſticia/ et eterna perfrui leticia. Per dominum.

¶ Lectio libri ſapientie.

Ab initio et ante ſcła creata ſū/ et vſqꝫ ad futurū ſclm nō deſinā: et in habitatiōe ſancta corā ipſo miniſtraui. Et ſic in ſyō firmata ſū: et in ciuitate ſctificata ſimiliter requieui: et in hieruſlm poteſtas mea. Et radicaui ī ppło honorificato: et ī partes dei mei hereditas illiꝰ: et in plenitudine ſctoꝝ detentio mea. Gr. Bñdicta et venerabilis es virgo maria q̄ ſine tactu pudoris inuēta es mr̄ ſaluatoris. V. Virgo dei genitrix quē totꝰ nō capit orbis in tua ſe clauſit viſcera factus homo. ¶ Sciendū eſt qꝫ qñ in tēpe paſchali ſit et feſto annūciationis btē marie ī capella erit primū Alla. V. Per te dei genitrix. et ſcdm Alla. V. Aue maria. Itē ī die aſſumptiōis btē marie: dñica infra oct. et ī oct. die. Alla. V. Hodie maria virgo. in choro et ī capella et p oct. Alla. V. Aſſumpta eſt in choro et in capella. Itē in natiu. btē marie: dñica ifra octa. et ī die. Alla. V. Natiuitas glioſe. in choro et in capella: et p octa. Alla. V. Per te dei genitrix. in choro et in capella. ¶ Sciendū eſt qꝫ a purificatiōe vſqꝫ ad ſeptuageſimā: et a Deus omnium. vſqꝫ ad aduentum dñi/ qñ fit plenū ſeruitiū de ſancta maria: quacūqꝫ feria contigerit: ſemper dr̄ ſequens Alleluya. V. Salue virgo mater dei/ templum ſancti ſpūs: que ſola vocari digna meruiſti regina celoꝝ et domina. niſi in tēpore paſchali: tunc enim ſemper erit primū. Alleluya. V. Per te dei genitrix nobis eſt vita perdita data que de celo ſuſcepiſti prolem et mundo genuiſti ſaluatorem. et ſecūdum Alleluya. quando fit plenum ſeruitiū erit de reſurrectiōe ſicut de vno feſto cū regimine chori: et dr̄ ſequētia vna/ de ſup. notatis. In capella aūt primū Alla. V. Per te dei genitrix. Secundū vero Alla. diuerſimode dr̄ p totā ebdō. videlz die dñica. Alla. V. Obtine ſacris precibus pia dei genitrix veniā delictoꝝ tuis ſup=

Ec
et r
infra

Eccl.

DOmine de⁹ adiutor ⁊ protector noſter: adiuua nos per virtutem ſancti ſpūs/ hec ſancta ſumētes: vt refloreat caro nr̄a vigore pudicitie et ſanctimonie nouitate: exceptamq; de manu tartari in reſurrectionis gaudio/ iubeas preſentari. Per dominum no. In vnitate eiuſdem ſpūſſancti.

¶ Cōtra malas cogitatiōes. Orō

Omnipotens mitiſſime deus reſpice propicius preces nr̃as: et libera corda nr̃a de malarum cogitationum tentatione: vt ſancti ſpūs dignū fieri habitaculū mereamur. Per dn̄m. In vnitate. Secreta.

Has tibi domine deus offerimus oblationes/ ꝓ ſalute noſtra precātes: vt animas nr̃as ſpūs ſancti gratia illuminare digneris: quatinus a cogitationibꝰ malis tua pietate liberemur. Per dn̄m. In vnitate eiuſdē. Poſtcōio.

Per hoc queſumus domine ſacrificium quod tue obtulimus maieſtati/ ab omnibus corda noſtra emunda tentationibus: vt gratia ſancti ſpiritus digni efficiamur. Per dn̄m. In vnitate.

¶ Pro petitione lachrymarū. Oro.

Omnipotēs ⁊ miſericors deus: qui ſitienti populo fontem viuentis aque de petra ꝑduxiſti/ educ de cordis noſtri duricia compunctionis lachrymas: vt peccata noſtra plāgere valeamus: remiſſionemq; eorum te miſerante accipere mereamur. Per dominum. Secreta.

Hanc oblationem quam tue maieſtati dn̄e pro peccatis noſtris offerimus reſpice ꝓpiciꝰ: et produc de oculis noſtris/ copioſa lachrymarum flumina quibus debita flammarum incendia valeamus extinguere. Per dominū noſtrum ieſum chriſtū. Poſtcōio.

Corpore ⁊ ſanguine tuo dn̄e ſaginati queſumus: vt pro peccatis noſtris compunctionem cordis ⁊ luctū: fluminaq; lachrymarum nobis ſemper largiaris: quatinus celeſtem in futuro conſolationem inuenire mereamur. Qui viuis ⁊ regnas cum deo patre in vnitate ſpiritusſancti deus.

¶ Contra aereas tēpeſtates. Orō.

A domo tua q̄ſumus dn̄e ſpirituales nequicie repellantur: et aerearum diſcedat malignitas tempeſtatū. Per dominum noſtrum. Secreta.

Offerimus tibi dn̄e laudes ⁊ munera ꝓ cōceſſis beneficiis gratias referentes: ⁊ pro concedendis ſuppliciter deprecantes. Per dominum nr̄m. Poſtcōio.

Omnipotens ſempiterne deꝰ: q̄ nos ⁊ caſtigando ſanas ⁊ ignoſcendo conſeruas: preſta ſupplicibus tuis: vt et tranquillitate optate cōſolatiōis letemur/ ⁊ dono tue pietatis ſemꝑ vtamur. Per d.

¶ Cōtra inuaſores eccleſie. Orō.

Concede nobis omnipotens et mitiſſime deus: apud quam nulla eſt iniquitas: vt qui huius ſāctuarij tui paſſionem diripiendo inuadunt celeri ſatiſfatione corrigantur. Per dominum. Secreta.

Hoſtias tibi domine placationis et laudis offerimus poſtulantes: vt quos inimicus ad inuadēdam ſanctuarij tui poſſeſſionem/ ſuadendo attraxit/ tu miſerādo corrigas. Per do. Poſtcō.

PReces noſtras q̄s dn̄e placatus exaudi: ⁊ quod de inimicis ⁊ raptoꝛibus eccleſie tue ſācte depꝛecamur: conſuete miſericoꝛdie velocitate perficere non deſinas. Per dominum noſtrum.

¶ Pꝛo nauigantibus. Oratio.

DEus q̄ tranſtuliſti patres noſtros p mare rubꝛū: et trāſuexiſti eos p aquā nimiā: laudē tui noīs decātātes te ſupplices depꝛcamur: vt nauigātes famulos tuos repulſis aduerſitatib⁹ curſu tranquillo in portū deſideratū pducere digneris. Per dn̄m. Secreta.

SUſcipe q̄s dn̄e preces ppl̄i tui cū oblationib⁹ hoſtiarū et famulos tuos in noīe tuo nauigātes: ab oībus defende ꝓpiciat⁹ aduerſis. Per dn̄m. Poſtcōmunio.

SAnctificati diuino myſterio maieſtatē tuā dn̄e ſuppliciter exoꝛam⁹ vt nauigātes famulos tuos in te confidētes: p ſignū ſcē crucis \ a cunctis ꝓtegas benign⁹ periculis. Per d. ¶ Pꝛo viatoꝛib⁹ ⁊ ſalute viuoꝝ. Or.

PRetende dn̄e famulis et famulabus tuis dexterā celeſtis auxilij: vt te toto coꝛde perquirant: ⁊ q̄ digne poſtulāt aſſequant̄. Per dn̄m. Secreta.

PRopiciare dn̄e ſupplicationibus nr̄is: ⁊ has oblationes famuloꝝ famularūq; tuarū: quas tibi pꝛo incolumitate eoꝝ offerim⁹ benign⁹ aſſume: ⁊ vt nullius ſit irritū votū: nullius vacua poſtulatio pceſſa queſum⁹: vt qd̄ fideliter petimus efficaciter cōſequamur. Per dominū. Poſtcōio.

DA famulis ⁊ famulab⁹ tuis q̄ſumus dn̄e in tua fide et ſinceritate cōſtātiā: vt in caritate diuina firmati nullis tentationib⁹ \ ab eius integritate vellātur. p. ¶ Cōtra aduerſitates. Or.

HOſtium noſtroꝝ q̄s dn̄e elide ſupbiā: ⁊ dextere tue virtute pꝛoſterne vt iuſtitie non dominetur iniquitas: ſed ſemp ſubdatur falſitas veritati. Per dominum. Secreta.

HUius q̄ſumus dn̄e virtute myſterij: ⁊ a noſtris mundemur occultis: ⁊ ab hoſtium liberemur inſidijs. Per dn̄m. Poſtcōio.

PUrificet nos q̄ſumus dn̄e participatio tui ſancta myſterij: et pariter nobis expiationē tribuat et munimen. Per dn̄m.

¶ De ſanctis katherina \ margareta \ ⁊ maria magdalena. Oratio

DEus q̄ ſacratiſſimis virginis tue katherine ⁊ margarete per martyꝛij palmam: ⁊ beatiſſime marie magdalene \ criminum veniam conceſſiſti: concede pꝛopicius \ vt earum interuenientibus meritis et pꝛecibus: ⁊ caſtitatis gratia decoꝛati \ ⁊ a peccatoꝝ nr̄oꝝ nexib⁹ mereamur abſolui. Per dn̄m. Secreta.

OBlatum tibi dn̄e ſit munus oblatū: et vt tibi digne miniſtrare poſſimus \ ſacre virgines katherina ⁊ margareta nobis mētiū puritatē: et btā maria magdalena ſalutarem nobis obtineant compunctionem. Per d. Poſtcōio

CEleſti alimonia vegetati q̄s op̄s de⁹: vt ſacrarū virginū tuarū katherine: margarete et beate marie magdalene\meritis intercedētib⁹: et tibi caſto coꝛpoꝛe ſeruire\et tue dilectioni valeamus iugiter adherere. Per do.

¶ Pꝛo febꝛicitātib⁹ memo. de ſācto ſigiſmūdo rege ⁊ mar. iacente in ciuitate ſubdunenſi. Oꝛatio.

OMnip̄s ſempiterne de⁹: q̄ per ſanctos ap̄los ⁊ martyꝛes tuos: diuerſa ſanitatū dona largiri dignatus es: da q̄s: vt famulū tuū N. q̄ a febꝛium vexatione fatigatur ꝑ interceſſionē famuli tui ſigiſmundi regis et martyꝛis \ tua medicina erigas ad ſalutem: et ad ſanitatem pꝛiſtinam clementer reuocare digneris. Per dominum. Secreta.

OFferimus tibi dn̄e munera ſancta in nomine electi tui ſigiſmūdi regis et martyꝛis: vt a pꝛeſenti egroto febꝛiū ardoꝛes repelli iubeas\⁊ exinde tuo ſemper muniatur auxilio. Per. Poſtcōio.

OMnip̄s ſempiterne deus: qui dediſti miniſtris tuis obtinere oīa q̄ iuſte p̄cantur: ſuſcipe ꝓpiti⁹ p̄ces nr̄as\quas ꝑ famulo tuo N. in honoꝛe bt̄i ſigiſmūdi regis ⁊ martyꝛis tui deferim⁹: et quod pꝛo eo deuotis mētib⁹ obſecramus: celeri indulgentia conſequi mereamur. Per dominum.

¶ Contra paganos. Oꝛatio.

SEmpiterna trinitas vnus deus cuius potentie eſt pꝛoſternere foꝛtia\⁊ eleuare humilia in his ſacris cerimonijs\clementiam tuā ſuppliciter depꝛecamur: vt omni eccl'ie tue p̄ſtes auxiliū: ⁊ ſicut liberaſti filios iſrael: de manib⁹ egiptioꝝ: ita libera populū tuū chꝛiſtianū de oppꝛeſſione paganoꝝ\⁊ da victoꝛiā ſeruis tuis: quatenus eccl'ie tue ſtatus erigatur in ſublime: ⁊ infideles per fidem deijciantur ad infima vt chꝛiſtiani gaudeant de hereditate tua ⁊ in omnibus tua ꝓtegente dextera ſemꝑ catholica gratuletur eccleſia. Qui viuis ⁊ regnas deus. Per oīa ſcl'a ſcl'oꝛum. Secreta.

OMnip̄s ſēpiterne de⁹: nr̄as indignas ſuſcipe p̄ces\⁊ in ſacris libaminib⁹ que p̄camur intēde: et ſicut moyſi ⁊ aaron aſſuiſti in egypto\ita nobiſcum eſſe dignare\⁊ cū omī exercitu chꝛiſtianoꝝ\liberās eos de tyꝛānoꝝ iugo. Per dominū. Poſtcōmunio.

QUos celeſti domine dono ſatiaſti: pꝛeſta queſumus\vt a noſtris mundemur occultis: et ab hoſtium liberemur inſidijs: vt te opitulāte\de tuo mereamur ſolatio. Per dominum noſtrum.

¶ De īcarnatione domini. Oꝛo.

COꝛda noſtra queſumus domine ſanctus ſplendoꝛ filij tui incarnationis\natiuitatis\aſcenſionis\⁊ aduentus ſpiritusſancti\clementi reſpectu illuſtret: quo mundi huius tenebꝛis carere valeamus et ipſo ducente perueniam⁹ ad patriam claritat̄s eterne. Per eundem eiuſdem. Secreta.

In mentib⁹ nřis q̄s dñe vere fidei sacramēta cōfirma: vt qui cōceptū de virgine deū verū et hoīem cōfitemur: p eiusdē salutifere icarnatiōis/natiuitatis/passionis/resurrectiōis/ascēsionis/⁊ aduēt⁹ sctī spūs potētiā ad eternā patriā mereamur peruenire. Per eundem. eiusdem. Postcōmunio.

Presta q̄s oīps de⁹ vt q̄ filij tui dñi nři iesu xp̄i icarnationis/natiuitatis / passionis/resurrectionis/ascēsionis/⁊ aduēt⁹ spūs sctī/memoriā debita veneratione ⁊ laude recolim⁹ ipsi p eiusdē sctī spūs gratiā/a morte aīe resurgam⁹/⁊ ī tua sctificatione sēp viuamus. Per eundem. eiusdem.

¶ Pro penitentibus. Oratio.

Exaudi q̄s dñe supplicū preces/⁊ cōfitētiū tibi parce pctīs: vt pariter nobis indulgentiā tribuas benign⁹ et pacē. Per dñm. Secreta.

Hostias tibi dñe placatiōis offerim⁹ obsecrātes: vt ⁊ delicta nřa miserat⁹ absoluas ⁊ nutātia corda tu dirigas. P. Postcō.

Presta nobis eterne saluator: vt pcipiētes hoc munere veniā pctōꝝ/deinceps pctā vitem⁹. P. ¶ In tpe paschali ad memoriā de resurrectione dñi. Or.

Deus qui per vnigenitū tuum eternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti: vota nostra que preueniendo aspiras: etiam adiuuando prosequere. Per eundem. eiusdem. Secreta.

Suscipe quesum⁹ dñe preces populi tui cū oblationibus hostiarū: vt paschalibus initiate mysterijs: ad eternitatis nobis medelā te operante proficiāt. Per dominum. Postcommunio.

Spiritum in nobis dñe tue caritatis infunde: vt quos sacramentis paschalibus satiasti: tua facias pietate concordes. Per dominum. eiusdē. ¶ De omnibus sanctis per totum annū. Oratio.

Concede q̄s oīps de⁹ vt intercessio sctē dei genitricis marie/sctōrūq̄ oīm celestiū virtutū/⁊ beatorum patriarcharū/prophetarum/apostolorum /euangelistarū/martyrum / confessorum/ atq̄ virginum: ⁊ omniū electorū tuorū nos vbiq̄ letificet: vt dū eorū merita recolimus: patrocinia sentiam⁹. Per eundem dominum. Secreta.

Oblatis dñe placare muneribus: ⁊ intercedēte beata ⁊ gloriosa semperq̄ virgine dei genitrice maria cum omnibus sanctis tuis a cunctis nos defende periculis. Per. Postcommunio.

Sumpsim⁹ dñe btē dei genitricis semperq̄ virginis marie: ⁊ oīm sctōꝝ tuoꝝ memoriā recolētes/sacramēta celestia: p̄sta q̄s/vt qđ tēporaliter gerim⁹: eorū p̄cib⁹ adiuti/eternis gaudijs cōsequamur. Per eundē. ¶ Pro vniuersali ecclesia. Oratio.

Ecclesie tue dñe p̄ces placatus admitte: vt destructis aduersitatib⁹ ⁊ erroctibus destructis: secura tibi seruiat libertate. Per. Secreta.

Protege nos dñe qs tuis mysterijs seruientes / ut diuinis rebus inherentes: et corpore tibi famulemur et mente. Per dominum. Postcommunio.

Quesum⁹ dñe de⁹ noster ut quos diuina tribuis participatione gaudere: humanis non sinas subiacere periculis. Per dominum. ¶ Pro pace. Oratio.

Deus a quo scã desideria recta cõsilia / et iusta sunt opera: da seruis tuis illã quam mundus dare nõ potest pacem: ut et corda nostra mandatis tuis dedita: et hostiũ sublata formidine / tẽpora sint tua protectione tranquilla. Per. Secreta.

Deus qui credẽtes in te populos nullis sinis cõcuti terroribus: dignare preces et hostias dicate tibi plebis suscipere: ut pax tua pietate cõcessa / christianorũ fines ab omni hoste faciat esse securos. Per. Postcõmunio.

Deus auctor pacis et amator quem nosse viuere / cui seruire regnare est: protege ab oĩb⁹ impugnationib⁹ supplices tuos: ut q̄ i defensiõe tua cõfidim⁹: nulli⁹ hostilitatis arma timeam⁹. Per dñm. ¶ Pro rege et regina. Or.

Deus in cui⁹ manu sunt corda regũ: q̄ es humiliũ consolator et fideliũ fortitudo: et protector omnium in te sperantiũ: da regi nostro N. et regine nostre N. populoque christiano triumphũ virtutis tue scienter excolere: ut per te semper reparentur ad veniã. Per. Secreta.

Suscipe qs dñe preces et hostias ecclesie tue quas pro salute famuli tui regis nostri et regine / et protectione fideliũ populorũ tue maiestati offerim⁹: supplicantes ut antiqua brachij tui te operante miracula superatis inimicis: secura tibi seruiat christianorũ libertas. Per dñm. Postcõio.

Presta quesumus oĩps deus: ut per hec mysteria sancta que sumpsimus / rex noster et regina / populusque christianus semper rationabilia meditantes: que tibi placita sunt: et dictis exequantur et factis. Per dominum.

Quãdo ad faciẽdũ spõsalia Queritur quãdo potest matrimoniũ solẽnizari. In principio dico: quod carnalis copula nõ est facienda ante benedictionẽ super nubentibus: et in festis solennibus abstinendũ est a carnali copula. et hec est ratio quare in certis temporibus prohibetur solẽnitas matrimonij: non tamen consensus. tamen si solennitas adhibeatur: non retractet matrimoniũ. Et sic nota tẽpora / in quibus non est licitũ solẽnizare matrimoniũ. Unde. v. Aspicies / veterẽ circum / qua / quis / bñdicta. Aspicies. videlicet in prima dñica aduentus / abstinendũ est a nuptijs: et abhinc usque. Veterem hominem id est octa. diem post fest. epyphanie inclusiue: id est in crastinum octa.

ſecundũ tempus abſtinendi a nuptijs eſt a [illegible] id eſt in dñica lxx: ⁊ ab hĩc vſq3 Quaſimodo gen. id eſt octa. diẽ paſche incluſiue. i. vſq3 in craſtinũ: ⁊ vocat illa dies dñica in albis. Itẽ abſtinendũ eſt a nuptijs in die lune in ſcđa fer. in rogationibus: ⁊ vbi legitur euãgeliũ. Quis veſtrũ. ⁊ ab hinc vſq3 Benedicta. poſt octa. pẽtheco. incluſiue: id eſt vſq3 in craſtinũ tri. titu. de ferijs. c. Capellanus. per hoſti. In alijs vero tẽporibus anni: licite poteſt fieri ſolẽnitas nuptiarũ. xxxij. q. iiij. c. Nõ oportet. ⁊ c. ij. gloſa extra de ferijs. Capellanus. in gloſa hoſti. in lib. iiij. ſentẽ. diſt. xxxij. ca. vltimo.

¶ De modo ſolennizandi ſponſalia. Statuantur vir ⁊ mulier ante oſtiũ eccleſie ſiue in facie eccleſie corã deo et ſacerdote ⁊ populo: vir autẽ ſtet a dextris mulieris: mulier autẽ a ſiniſtris viri: cauſa eſt quia formata eſt ex coſta ſiniſtri lateris ade. ¶ Tũc ſacerdos interroget banna: ⁊ poſtea dicat in lingua materna cunctis audientibꝰ Ecce conuenimus hic fratres corã deo et angelis eius/ et omnibus ſanctis in facie eccleſie ad cõiungendum duo corpora ſcilicet huius viri et huius mulieris. Hic reſpiciat ſacerdos perſonas ſuas vt amodo ſint vnũ corpus: et due anime ſint in fide ⁊ in lege: dei ad promerendam ſimul vitam eternam: et quicquid ante hec fecerint. Deinde fiat admonitio ad populum in lingua materna ſic. Admoneo vos omnes ꝑ patrẽ ⁊ filiũ ⁊ ſpiritũ ſanctũ: vt ſi quis ex vobis eſt qui ſciat aliquid/ quare iſti adoleſcẽtes legitime contrahere non poſſint: modo ꝯfiteatur. Eadẽ monitio fiat ad virũ et mulierẽ: vt ſi qđ ab illis actũ fuerit occulte vel ſi qđ deuouerint/ vel aliquo modo de ſe nouerint/ quare legitime cõtrahere nõ poterint/ tũc cõfiteantur. Si vero aliquis ĩpedimentũ aliqđ ꝓponere voluerit: ⁊ ad hoc ꝓbandũ cautionẽ ꝓſtiterit differantur ſponſalia donec rei veritas cognoſcatur. Si vero nullũ impedimentũ ꝓponere voluerint: interroget ſacerdos dotẽ mulieris. Nõ fidabit ſacerdos neq3 cõſentiat ad fidationẽ inter virũ ⁊ mulierẽ ante tertiũ edictũ bãnorũ: ⁊ bãna debẽt interrogari per tres dies ſolẽnes ⁊ diſiunctas: ita vt inter vnũ quẽq3 diẽ ſolẽnẽ cadat ad minꝰ vna dies ferialis. Poſt hec dicat ſacerdos ad virũ cũctis audientibꝰ ĩ lingua materna. N. vis habere hanc mulierẽ in ſponſam ⁊ eã diligere ⁊ honorare: tenere ⁊ cuſtodire ſanã ⁊ īfirmã/ ſicut ſponſus debet ſponſã: ⁊ oẽs alias ꝓpter eã dimittere/ ⁊ illi ſoli adherere q̃diu vita vtriuſq3 veſtrum durauerit. Reſpondeat. Volo. Item ſacerdos ad mulierẽ N. vis habere hunc virum in ſpõſũ/ ⁊ illi obedire ⁊ ſeruire/ et eum diligere et honorare/ ac cuſtodire ſanum et infirmum ſicut ſponſa debet ſponſum: ⁊ omnes alios preter eum dimittere/ et illi ſoli adherere quãdiu vita vtriuſq3 veſtrum dotauerit. Respõdeat. Uolo. Deinde detur femina a p̄re suo vel ab amico que si puella est: discoopertam habeat manũ: si vidua\ tectã: quã vir recipiat ĩ dei fide ⁊ sua seruãdã sicut vouit corã sacerdote et teneat eã p̄ manũ dextrã ĩ manu sua dextra. Et sic vir det fidẽ mulieri p̄ verba de p̄nti ita dicens: sa. doce. I. N. take the N. to my wedded wyf to haue ãd tho holde frõ thys day far warde for beter\ for wurs for ry chere for porer: ĩ sykenesse ãd ĩ hel the tyl deth vs depte yf holy chir wol it ordeyne and ther to. I plyght the my trouth: manũ retrahẽdo. Deĩde dicat mulier. sa. do. I. N. take the N. to my weddyd husõbde to haue ãd to holde for thys day for beter for wurs for ri chere\ for porer\ in sykenesse ⁊ ĩ helthe tobe bono wr ãd buxũ ĩ bed ⁊ atbord tyll deth vs depte yf holy chyrche wol it ordeyne: and ther to. I plyght the my throute. manum detrahendo. Deinde ponat vir. aurũ vel argentũ ⁊ anulũ sup̄ scutũ vel librũ: ⁊ tũc querat sacerdos si anul⁹ antea fuerit benedictus vel non: si dicatur q̄ nõ: tũc benedicat sacerdos annulum hoc modo. Dñs vobiscum. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Creator ⁊ conseruator humani generis dator gratie spiritualis largitor eterne salutis\ tu dñe mitte bene✠dictionẽ tuã super hunc anulum vt que illũ gestauerit sit armata virtute celestis defensionis: ⁊ proficiat illi ad eternã salutẽ. Per xp̄m dñm nr̃m. R̄. Amẽ. Oremus. Oratio.

Benedic dñe hũc anulũ quẽ nos in tuo sancto nomine benediximus: vt quicunq; eũ portauerit: ĩ tua pace consistat\ ⁊ in tua volũtate permaneat: et in amore tuo viuat et crescat et senescat et multiplicetur ĩ lõgitudinẽ dierũ. Per. Tũc aspergat aqua bñdicta super anulũ. Si aũt antea fuerit anulus ille bñdictus: tunc statim postq̄ vir posuerit anulũ super librũ: accipiẽs sacerdos anulũ tradat ipsũ viro: quẽ vir accipiat manu sua dextera: cũ trib⁹ principalib⁹ digitis a manu sua sinistra tenẽs dexterã spõse: docẽte sacer. dicat. With tys ryng I the wedde and tys gold ãd siluer I te geue: and with my body I the worshype and wyth all my wordly catell I the honore. Et tũc p̄fert spõsus anulũ pollici sponse dicẽs. In nomine p̄tris. ad secũdũ digitũ. ⁊ filij ad tertiũ digitũ\ et spiritussancti: ad quartũ digitũ: Amen. ⁊ ibi dimittat eũ scd̃m decretũ. xxx. q. v. c. Femine. ad finẽ: q2 in illo digito est quedã vena procedens vsq; ad cor: et in sonoritate argenti designatur interna dilectio: que inter eos semper debet esse recẽs. Tũc inclinatis capitibus eorũ dicat sacerdos benedictionem super eos.

Benedicti sitis a domino qui fecit mundũ ex nichilo. Respondet. Amen. Tũc dicatur iste psalmus.

Manda deus virtutẽ tuam: confirma hoc deus quod operatus es i nobis. A tẽplo tuo quod eſt i hieruſalē tibi offerēt reges munera. Increpa feras arūdinis cōgregatio taurorū i vaccis populoꝝ: vt excludāt eos qui pbati ſunt argēto. Gloria patri. Sicut erat. Kyꝛi eleyſō. Chꝛiſte eleyſon. Kyꝛi eleyſon. Pater nr̄. Et ne nos. Sed libera. Benedicamus patrē ⁊ filiū cū ſctō ſpū. Laudemus ⁊ ſuperexaltem⁹ eū i ſcl'a. Laudemus dn̄m quē laudāt angeli. Quem cherubin ⁊ ſeraphin ſanctus ſanct⁹ ſanctus ꝓclamāt. Dn̄e exaudi. Et clamoꝛ. Dn̄s vobiſcū. Et cū ſpū tuo. Oꝛē⁹. oꝛ.

Deus abꝛaham\de⁹ yſaac\de⁹ iacob ſit vobiſcum\et ipſe vos cōiungat\impleatq; benedictionē ſuā in vobis. Qui viuit ⁊ regnat deus. Per omnia ſecula ſeculoꝛum. Amen. Alia oꝛatio cum Oꝛemus. Oꝛatio.

Bene ✠ dicat vos de⁹ pat: cuſtodiat vos ieſus xp̄s illuminet vos ſpūs ſāct⁹: oſtēdatq; dn̄s faciē ſuā i vobis\⁊ miſereat̄ veſtri: cōuertat vultū ſuū ad vos et det vobis pacē: ipleatq; vos oī bn̄dictiōe ſpūali i remiſſionē peccatoꝝ veſtroꝝ: vt habeatis vitā eternā\⁊ viuatis i ſcl'a ſcl'oꝝ. R. Amen. Hic intrent i eccleſiā vſq; ad gradū altaris ⁊ ſacerdos i eūdo cum ſuis miniſtris dicat pſm. Beati oēs ſine nota cū Gl'ia pr̄i. ⁊ Sicut erat. Kyꝛi eleyſō. Chꝛiſte eleyſon. Kyꝛi eleyſon. Tunc proſtratis ſponſo ⁊ ſpōſa ante gradū altaris: roget ſacerdos circunſtantes oꝛare p eis dicēs. ¶ Pater noſter. Et ne nos. Sed libera. Saluū fac ſeruū tuū: ⁊ ancillam tuā. Deus meus ſperantes in te. Mitte eis dn̄e auxiliū de ſctō. Et de ſyon tuere eos. Eſto eis dn̄e turris foꝛtitudinis. A facie inimici. Dn̄e exaudi oꝛationē meam. Et clamoꝛ meus ad te veniat. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oꝛemus. Oꝛatio.

Benedicat vos dn̄s ex ſyō: vt videatis q̄ bona ſūt hieruſalē oīb⁹ dieb⁹ vite veſtre: ⁊ videatis filios filioꝝ veſtroꝝ ⁊ pacē ſup iſrael. Per chꝛiſtum dominum noſtrum. Oꝛemus. Oꝛatio.

Deus abꝛahā\de⁹ yſaac\et de⁹ iacob: bene ✠ dic adoleſcētes iſtos: ⁊ ſemina ſemē vite eterne i mētib⁹ eoꝝ: vt quicqd ꝓ vtilitate eoꝝ didicerint: hoc facere cupiāt. Per ieſum chꝛiſtum filium tuum\recuperatoꝛem hominum. Qui tecum. ⁊c. Reſpondetur Amen. Oꝛemus. Oꝛatio.

Reſpice dn̄e de celis: et bene ✠ dic cōuētionē iſtā: et ſicut miſiſti ſanctū angelū tuū raphaelē ad thobiā ⁊ ſarā filiā raguelis: ita digneris dn̄e mittere bene ✠ dictionē tuā ſup iſtos adoleſcētes: vt i tua volūtate ꝑmaneāt et i tua ſecuritate cōſiſtāt ⁊ i amore tuo viuāt ⁊ creſcāt\⁊ ſeneſcāt\ et digni atq; pacifici fiant: ⁊ multiplicentur in longitudinem dierum. Per xp̄m. Oꝛemus. Oꝛatio.

Reſpice domine ꝓpicius ſuper hunc famulū tuū: et ſuper hanc famulam tuã: vt in nomine tuo bñ ✠ dictionẽ celeſtẽ accipiant: ⁊ filios filiorũ ſuorũ ⁊ filiarũ ſuarũ vſqꝫ in tertiã ⁊ quartã progeniem incolumes videant: et in tua voluntate ſemꝑ perſeuerẽt: et in futuro ad celeſtia regna perueniant. Per chriſtum dominum noſtrũ. Amen. Oremus. Oratio.

Omnipotẽs miſericors deꝰ: qui primos parẽtes noſtros adam ⁊ euã ſua virtute creauit: et ſua ſctificatione copulauit: ipſa corda ⁊ corpora veſtra ſancti ✠ ficet ⁊ bñ ✠ dicat: atqꝫ in ſocietate et amore vere dilectionis coniungat. Per chriſtum dominũ noſtrũ. Deinde benedicat eos dicens ſic.

Bene ✠ dicat vos deus oĩps omni bñdictione celeſti: efficiatqꝫ vos dignos ĩ cõſpectu ſuo: ſuperabundet in vobis diuitias glorie ſue: ⁊ erudiat vos verbo veritatis: vt et corpore pariter ⁊ mẽte complacere valeatis. Reſpõdetur. Amẽ. Finitis orationibꝰ et introductis illis in p̃ſbyteriũ: ſcʒ inter chorum ⁊ altare ⁊ parte eccľie auſtrali: ⁊ ſtatuta muliere ad dexteram viri: ſcʒ inter ipſum et altare incipiatur miſſa de trinitate. Officiũ.

Benedicta ſit ſancta trinitas atqꝫ indiuiſa vnitas ꝯfitebimur ei: qꝛ fecit nobiſcũ miſam ſuã. In tempore paſchali. Alľa allˀa. Ps. Bñdicamꝰ p̃rem et filiũ cũ ſctõ ſpũ. nõ dr vlteriꝰ. Kyrie cũ ſuis ꝟ. dr. Ad hãc miſ. ſeruetur modus ⁊ ordo ꝑ oĩa q̃ in duplicibꝰ feſt. Gl'ia in excelſis. Iſte due orationes dicũt ſub vno Oremꝰ. ⁊ ſub vno. Per dominũ. Oratio.

Omnĩps ſẽpiterne deꝰ q̃ dediſti famulis tuis in confeſſione vere fidei eterne trinitatis gl'iam agnoſcere: ⁊ ĩ potẽtia maieſtatis adorare vnitatẽ q̃ſ: vt eiuſdẽ fidei firmitate ab oĩbꝰ ſemper muniamur aduerſis. Per. Oro.

Exaudi nos oĩps et miſericors deꝰ: vt quod nr̃o miniſtrat officio: tua bñdictione potiꝰ impleatur. Per. Ad corinthios.

Fratres Neſcitis q̃m corpa xvj. b vr̃a mẽbra ſũt xp̃i. Tollẽs ergo mẽbra xp̃i faciẽs mẽbra meretricis? Abſit. An neſcitis q̃m q̃ adheret meretrici: vnũ corpꝰ efficitur? Erunt enĩ inquit duo in carne vna. Qui aũt adheret dño: vnꝰ ſpũs eſt. Fugite fornicationẽ. Omne enĩ pctm̃ quodcunqꝫ fecerit homo extra corpꝰ eſt. Qui autem fornicatur in corpus ſuum peccat. An neſcitis q̃m mẽbra veſtra templũ ſunt ſpũs ſancti: qui in vobis eſt quẽ habetis a deo: et nõ eſtis vr̃i? Empti enĩ eſtis p̃cio magno: glorificate et portate deũ: in corpore veſtro. Gr. Benedictꝰ es domine Dan. iij. c qui intueris abyſſos: ⁊ ſedes ſuper cherubin. ꝟ. Benedicite deũ celi: qꝛ fecit nobiſcũ miſericordiam ſuã. Alľa. ꝟ. Benedictus es dñe deꝰ patrũ nr̃orũ: ⁊ laudabilis in ſecula. Si ĩ tp̃e paſchali ꝯtigerit ſecũdũ Alľa. erit vnũ de cbõ. paſ. vel vnũ de illis q̃ ſcribũtur poſt officiũ Quaſimodo geniti. Sequentia.

ALma chorus dñi nunc pangat nomina ſummi. Meſſyas\ ſother\ emmanuel\ ſabaoth\ adonay. Eſt vnigenitus via vita: manus homo vſyon. Principium primogenitus\ ſapientia virtus. Alpha caput finiſqꝫ ſimul\ vocitatur et eſt oo. Fõs ⁊ origo boni\ paraclitus ac mediator. Agnꝰ ouis vitulus ſerpens aries leo vermis. Os verbũ ſplẽdor\ ſol gloria lux et ymago. Panis flos vitis\ mõs ianua petra lapiſqꝫ. Angelꝰ ⁊ ſpõſus: paſtorqꝫ propheta ſacerdos. Athanatos kyrios\ theon panthõcratõ ⁊ yſus. Saluificet nos. Sit cui ſecla. Per oĩa doxa. S. matheũ

xix. A IN illo tẽpore. Acceſſerunt ad ieſum phariſei tentãtes eũ: ⁊ dicentes. Si licet homini dimittere vxorem ſuam quacunqꝫ ex cauſa: Qui reſpondẽs ait illis. Non legiſtis: qꝛ q̃ fecit hominem ab initio\ maſculum et feminã fecit eos? Et dixit eis. Propter hoc dimittet homo patrem ⁊ matrem\ et adherebit vxori ſue: ⁊ erũt duo in carne vna. Itaqꝫ iam non ſunt duo: ſed vna caro. Quod ergo deꝰ cõiũxit homo nõ ſeparet. Credo.

Dan. iij. A. Offr̃. Bñdictꝰ ſit deꝰ pr̃: vnigenituſqꝫ dei filiꝰ ſctũs quoqꝫ ſpũs: qꝛ fecit nobiſcũ miaꝫ ſuã. In tp̃e paſcha. Alla. Nota ꝙ odor thuris bñdicti\ nũꝙ dat in eccl̃ia ſponſo et ſpõſe. Inde eſt ꝙ oblato thure bñdicto ſup altare ſi deſcẽdat thuribulũ ad clericos\ vel ad laycos: aliud thus eſt apponendum\ ⁊ clericis vel laycis offerẽdũ. Secreta.

SAnctifica q̃s dñe deus trinitas ſancta\ per tui ſancti nominis inuocationẽ huius oblationis hoſtiam: ⁊ per eã cooperante ſpiritu ſancto noſmetipſos tibi perfice munꝰ eternũ. Alia ſecreta.

ADeſto dñe ſupplicationibus nr̃is: ⁊ hanc oblationem quã tibi offerimꝰ pro famulis tuis quos ad ſtatũ maturitatis et ad diem nuptiarũ perducere dignatus es: placatus ac benignꝰ aſſume. Et finiãtur ſub vno. Per d.

Prefatio. Qui cũ vnigenito. Poſt Sanctus proſternãt ſe ſponſus ⁊ ſponſa in oratione ad gradũ altaris extenſo pallio ſuper eos: quod teneãt quatuor clerici in ſuppelliciis ad quattuor cornua: niſi alter eoꝝ vel ambo prius deſpõſati fuerint ⁊ bñdicti: qꝛ tũc nõ habet palliũ ſup eos: neqꝫ ſacramẽtalis bñdictio. Deĩde dicto. Per oĩa ſecula ſeculoꝝ: et reſpõſo. Amẽ poſt Pater nr̃ ãteꝗ̃ dr̃. Pax dñi facta fractione euchariſtie more ſolito: dimiſſaqꝫ hoſtia in tribus fractionibꝰ ſuper patenã: dicat ſacerdos conuerſus ad eos\ ſequentes orationes ſub tono lectionis\ illis interim genuflectentibus ſub pallio. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

PRopiciare dñe ſupplicationibus noſtris: ⁊ inſtitutis tuis quibus propagationem humani generis ordinaſti\ benignꝰ aſſiſte: vt quod te auctore coniungitur: te auxiliante ſeruetur. Per chriſtum dñm. Oremus. Oratio.

Deus q̄ poteſtate virtutis tue de nichilo cuncta feciſti: q̄ diſpoſitis vniuerſitatis exordijs: homini ad imaginē dei facto ideo inſeparabile mulieris adiutorium cōdidiſti: vt femineo corpori\de virili dares carne principiū docēs quod ex vno placuiſſet iſtitui\nūꝗ̄ liceret diſiūgi. Caueat ſacerđ de iſta clauſula. Oratio.

Deus qui tam excellēti myſterio coniugalem copulā conſecraſti: vt chriſti et eccleſie ſacramentum preſignares in federe nuptiarū. Quia nō dicit̄ in ſcđis nuptijs vſqꝫ. Deus per quem mulier iungi vt patet inferius. Orō.

Deus per quē mulier iūgitur viro: ⁊ ſocietas principaliter ordinata\ea bene✠dictione donat̄: que nec ſola per originalis peccati penā: nec per diluuij eſt ablata ſententiā. Reſpice q̄s propicius ſuper hāc famulā tuā que maritali iūgenda eſt cōſortio: tua ſe expetit protectiōe muniri. Sit in ea iugū dilectiōis ⁊ pacis: fidelis et caſta nubat in chriſto: imitatrixqꝫ ſāctarū permaneat feminarū. Sit amabilis vt rachel viro: ſapiēs vt rebecca lōgeua ⁊ fidelis vt ſara. Nichil in ea ex actibꝰ ſuis ille auctor preuaricationis vſurpet: nexa fidei mādatiſqꝫ permaneat vni thoro iuncta: contactus illicitos fugiat: muniat īfirmitatē ſuā robore diſcipline. Sit verecūdia grauis\pudore venerabilis doctrinis celeſtibꝰ erudita. Sit fecūda in ſobole\ſit probata ⁊ innocens ⁊ ad optatā ꝑueniat ſenectutem: ⁊ videat filios filiorū ſuorū\ vſqꝫ in tertiam et quartam progeniem: et ad beatorū requiē atqꝫ ad celeſtia regna perueniat. Per do.

¶ Notandum eſt ꝙ hec clauſula in oratione p̄dicta: ſcilicet. Deus qui tā excellenti. vſqꝫ ad Deꝰ per quem mulier iungi. nō dicitur in ſecūdis nuptijs vt̄s dictū eſt. Vir enim aut mulier ad bigamiā trāſiens: nō debet iterum a ſacerdote benedici: qꝛ alia vice bn̄dicti ſint eorū benedictio nō debet iterari: qꝛ caro benedicta\trahit ad ſe carnē nō bn̄dictā: ⁊ ī titulo đ ſecūdis nuptijs inhibitū eſt: ꝑ decret. xxx q. j. Hac ratiōe bn̄dictio nō datur ī ſcđis nuptijs: qđ teſtatur beatꝰ ambroſius ſic. Prime nuptie a domino ſūt inſtitute: ſecūde vero ſūt ꝑmiſſe. Prime aūt ſub oī bn̄dictione celebrant̄: ſcđe vero carent aliqua benedictione. Sed cū plures benedictiones ſint in nuptijs celebrandis: ſcꝫ in introitu chori ſub pallio poſt miſſam: ⁊ ſuper thorū in ſero. Quero q̄ benedictio ſit iterāda ī ſecūdis nuptijs\⁊ que non. dicendū eſt ꝙ ī hac oratione. Deꝰ qui poteſtate virtutis tue. ſūt tres bn̄dictiones\q̄ idē habēt principiū ſcilꝫ. Deus. media autē eſt omittēda ī ſecūdis nuptijs: ſcꝫ iſta Deꝰ q̄ tā excellēti myſterio coniugalē copulā cōſecraſti: vt chriſti et eccleſie ſacramentū preſignares in federe nuptiarū vt̄s qꝛ ī iſta bn̄dictiōe agit̄ de vnitate xp̄i ⁊ eccleſie: qđ figurat̄ ī primo matrimotio nō autē in ſcḋo. Unde ⁊ apoſtol⁹ ad corinthios. vj. Erunt duo ī carne vna. ⁊ extra de bigamis. c. Debitū vnius vxoꝛis vir. Sed q̄ adheret pluribus diſſoluit vnitatē vel fedus vnitatis: ⁊ ideo bn̄dictio q̄ agit de vnitate: ſcilicet Deꝰ qui tā excellēti. nō dꝫ in ſcḋis veſpetis. Et hoc eſt verū tā ꝓ viro bigamo q̄ꝫ ꝓ muliere vidua: qꝛ caro bn̄dicta\ trahit ad ſe carnē nō benedictam. Sed oēs alie bn̄dictiones indifferēter debent dici ſecūdū romanā eccleſiam: et ſecundū hoſtiēſem ⁊ ſecundū thomā de aquino ⁊ moꝛardū doctoꝛē. Et ſciendū eſt q̄ iſta queſtio diſcuſſa fuit ⁊ determinata in ſacro palatio dn̄i pape et tranſlata in angliā per magiſtrū Johannem hayſtede. Anno domini milleſimo. CCC. xxj. Et cauſa diſcuſſionis erat: qꝛ multi ſacerdotum tunc tēpoꝛis ad ſedem apoſtolicā conuolauerūt cauſa obtinē de abſolutionis beneficium \ꝓ benedictionib⁹ in ſecūdis nuptijs collatis indiſcrete. Ideo ſtatuitur ſuper hoc noua conſtitutio Johannis pape. xxij. que ſic incipit.

Concertationi antique finē imponere cupiētes: pꝛeſenti declaram⁹ edicto: q̄ licet vir vel mulier ad bigamiā vel ad ſecundas nuptias tranſierint benedici non debent cum fuerint alias benedicti. Quod ſi forſan alter eorū vel ambo eſſent ad ſecūdas nuptias tranſituri: ⁊ in primis nuptijs benedicti nō fuerint: danda eſt eis bn̄dictio in ſecūdis nuptijs. Sane volentes antiquum rigorem tēperare: concedimus q̄ pꝛeſbyter qui ſecundas nuptias benedixerit ſcienter\ ad ſedem apoſtolicam ex hoc venire minime teneatur: ſed a pena ſuſpenſionis hoc caſu a iure indicta per ſuos poteſt dioceſanos abſolui. Si qui vero iuxta opinionē quoꝝundā hactenus non reputantes ſe eſſe ſuſpenſos oꝛdines quoſlibet ſeu quevis beneficia: receperint: dioceſani eoꝝ a pena ſuſpenſionis pꝛedicte ipſos abſoluere ac ſuper executione oꝛdinū ⁊ retētione beneficioꝝ huiuſmodi cū eis valeant licite diſpenſare. Hic queri poteſt quare ſecunde nuptie non benedicunt. Ad hoc dico q̄ ſcḋm matrimoniū\ q̄uis in ſe conſideratū habeat ſacramentū: tn̄ ī oꝛdine ad pꝛimū ſacramentū cōſideratū aliquid habet defectu ſacramenti: qꝛ nō habet plenā ſignificationē: cū non ſit vna vnius\ ſicut eſt in matrimonio xp̄i et eccleſie: ⁊ ratione huius defectus benedictio a ſcḋis nuptijs ſubtrahitur; ſed hoc ītelligendū eſt quādo ſcḋe nuptie ſūt ſcḋe ex parte viri ⁊ ex parte mulieris vel ex parte mulieris tm̄. Si eīn virgo cōtrahat cū illo qui habuit aliā vxoꝛē: nichilominus nuptie bn̄dicunt. Saluat et alio modo ſignificatio etiā ī oꝛdine ad pꝛimas nuptias: qꝛ xp̄s ⁊ ſi vnā eccleſiā habet: habet tn̄ plures pſonas deſponſatas in vna eccleſia. Sed aīa nō poteſt ſpōſa alterius eſſe q̄ xp̄i q̄n cū demone foꝛnicat: nec eſt matrimoniū ſpirituale: ⁊ ꝓpter hoc quādo mulier ſcđo nubit: nuptie nō bñdicunt ꝓpter defectū ſacramēti. Poſt hec vertat ſe ſacerdos ad altare: ⁊ dicat. Pax dñi. et Agnus dei. moꝛe ſolito. ¶ Tūc amoto pallio/ ſurgāt ab oꝛone ſpōſus: ⁊ ſpōſa ⁊ accipiat ſponſus: pacē a ſacerdote/ et ferat ſponſe oſculās eam: ⁊ neminē alium. nec ipſe nec ipſa: ſed clericus ſtatim a pꝛeſbytero pacē accipiens/ pꝛoferat alijs ſicut ſolitum eſt. Cōio. Bñdicimꝰ deū celi: et coꝛam oībus viuentibꝰ cōfitebimur ei: quia fecit nobiſcū mīam ſuam. In tēpoꝛe paſchali. Alleluya alleluya. Poſtcōmunio.

PRoficiat nobis ad ſalutē coꝛpoꝛis et anime dñe deꝰ huius ſacramēti ſuſceptio: ⁊ ſempiterne ſancte trinitatis eiuſdēqꝫ indiuidue vnitatis confeſſio. Alia poſtcommunio ſub vno. Oꝛemus et ſub vno. Per dominum.

QUeſumus omnipotēs deꝰ inſtituta pꝛouidentie tue pio amoꝛe comitare: vt quos legitima ſocietate cōnectis: longeua pace cuſtodias. Per dñm. ¶ Poſt miſſā bñdicatur panis et vinum/ vel aliquod bonū potabile ī vaſculo ⁊ guſtent in nomine dñi/ ſacerdote dicente. Dominꝰ vobiſcū. Et cum ſpiritu tuo. Oꝛemꝰ. Oꝛatio.

BEne✠dic dñe iſtū panem et hunc potum/ ⁊ hoc vaſculum ſicut benedixiſti quinqꝫ panes in deſerto/ et ſex hydꝛias in chana galilee: vt ſint ſani/ ſobꝛij/ atqꝫ immaculati omnes guſtātes ex eis ſaluatoꝛ mūdi. Qui viuis ⁊ regnas cū deo p̄re ī vnitate ſpūs ſcti deꝰ. p. ¶ Nocte vero ſequēte cū ſpōſus ⁊ ſpōſa ad lectū ꝯuenerint: accedat ſacerdos ⁊ bñdicat thalamum dicens. Dñs vobiſcū. Et cū ſpū tuo. Oꝛemus. Oꝛatio.

BEne✠dic dñe thalamum iſtum/ et oēs habitantes in eo: vt in tua pace conſiſtant/ et in tua voluntate permaneant: et in tuo amoꝛe viuant et creſcant/ et multiplicentur in longitudinem dierū. Per chꝛiſtū do. ¶ Benedictio ſuꝑ lectū tantū cū Dñs vobiſcū. Et cū ſpū tuo. Oꝛemꝰ. Oꝛ.

BEne✠dic dñe hoc cubiculū: qui nō doꝛmis neqꝫ doꝛmitas: qui cuſtodis iſrael cuſtodi famulos tuos in hoc lecto quieſcētes/ ab oībꝰ fantaſmaticis/ demonū illuſionibꝰ cuſtodi eos vigilātes: vt ī p̄ceptis tuis meditent̄ doꝛmientes/ vt te per ſopoꝛē ſentiāt: et hic ⁊ vbiqꝫ defenſionis tue ſemper muniātur auxilio. Per dñm. ¶ Deinde fiat benedictio ſuper eos in lecto: cū Oꝛemus. Oꝛatio.

BEne✠dicat deꝰ coꝛpoꝛa veſtra/ ⁊ aīas veſtras: ⁊ det ſuꝑ vos bene✠dictionē ſicut benedixit abꝛaham/ yſaac/ et iacob. ℟. Amen. ¶ Item alia benedictio ſuper eos cum. Oꝛemꝰ Oꝛ.

MAnus dñi ſit ſuꝑ vos: mittatqꝫ angelum ſuum ſanctum: qui cuſtodiat et foueat vos omnibus diebus vite veſtre. ℟. Amen. ¶ Item alia benedictio ſuper eos cum Oꝛemus. Oꝛatio.

Benedicat vos pater ⁊ filius et spūs sanctꝰ: qui trinus est ī numero ⁊ vnus in noīe. ℞. Amē. Vis pacis aspergat eos sacerdos aqua bñdicta: ⁊ sic discedat ⁊ dimittat eos ī pace. ¶ Missa ad honoꝛē virginis glorioſe ꝓ mulieribꝰ pregnātibus\aut alias in partu laboꝛantibus. Introitꝰ.

Eccl. Alma virgo virginum sancta dei genitrix pro deuotis poꝛrige ancillis tuis preces obnixas ad filium que parturientiū benigna es auxiliatrix. ℣. Psal. cxxxi. Iurauit dominus dauid veritatem ⁊ nō frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponā super sedem tuam. Gloria patri. Sicut erat. Oꝛatio.

Exaudi clementissime pater depꝛecationē serui tui pro pauperibꝰ ancillis tuis in partu nūc aut in posterū laboꝛātibꝰ\maiestati tue deuotissime supplicātis vt queadmodum tua eas prouidētia cōcipere decreuisti: ita ipsa bñdictiōe tua ꝑambula: ad laudē tui sacri noīs virgine gl'iosa suffragante celeriter iubeas expedire ꝑ dominū. ¶ Lectio libꝛi Geneſis.

iij. C. In diebꝰ illis. Dixit dñs ad adā. Nūqd ex ligno de quo tibi preceperā ne comederes comedisti? Dixitq; adā. Mulier quā dedisti sociā michi\dedit michi de ligno ⁊ comedi. Et dixit dñs ad mulierē. Quare hoc fecisti? Que respōdit. Serpēs decepit me: et comedi. Et ait dñs ad serpentem. Quia fecisti hoc maledictus es inter oīa animātia: ⁊ bestias terre. Inimicitias ponā inter te et mulierē: ⁊ semē tuū ⁊ semē illius. Et ipsa cōteret caput tuū: ⁊ tu insidiaberis calcaneo eiꝰ. Mulieri quoq; dixit. Multiplicabo erūnas tuas: et conceptus tuos. In doloꝛe paries: et sub viri potestate eris: et ipse dominabitur tibi. Ade vero dñs dixit. Quia audisti vocem vxoris tue: maledicta terra in opere tuo. In laboꝛibus comedes ex ea: cunctis diebꝰ vite tue. In sudoꝛe vultus tui vesceris pane tuo: donec reuertaris ī terrā de qua sumptus es. Quia puluis es: et in puluerem reuerteris. Gꝛ. Ecce virgo cōcepit ⁊ absq; doloꝛe peperit nobis filiū cuius nomen vocatus est iesus. ℣. Qui sicut pluuia in vellus: ita in vterū virginis descēdit et velut sol poꝛta clausa ex vtero virginali ad nos introiuit. Alla. Eccl. ℣. Ad tuū o maria cōfugiunt pauperes in partu laboꝛantes: quas tuis queso nō despicias ī necessitatibꝰ: sed a periculis cūctis libera eas virgo sēp bñdicta. Sequētia.

O Ancilla xp̄i maria mater dei: pauperē exaudi peccatoꝛē ad te vere suspirātē: ⁊ matrū ī vtero ꝑclitentur infantuli. Qui ꝓpter defectum baptiſmi macula irretiti originali limbū cōdescēdūt q̄ pars est infernali. Maria itaq; miseris succurre puerulis q̄ ꝓ grauī ade ꝓthoplastoꝛū nebula visione dei ibi carēt ꝑpetua. O iudicia dei abyssus multa: qui licet sine culpa pereant: nō tamē sine causa.

Quã igitur perniciosior partũ beati eue fuit mortis: quia morti posteros suos concludebat. Sed o q̃ felix fuit et letabundus o maria inter te et angelũ dialogus: quo vita orbi toti infulsit. Pre ceteris quoque tuum videtur splendescere beatissimus absq; dolore partus. Per quẽ eue maledictio est soluta: nec min⁹ bñdictio est mulierib⁹ cũctis condonata. Ad quẽ ergo confugient desolate pregnantes nisi ad te cũctarũ consolatrix cũ lachrymis gementes. Audi eas virgo immaculata, nec parentũ aspiciat vnigenitus tuus ad peccata. Sed paruulorũ vlulatus clementer exaudi ne in perenni subijciantur inferni tormẽtis dolosa a deo pena. Eos deniq; post sacri baptismatis vndam regeneratos: perducere digneris ad eterna gaudia. Amen. Scdm Iohẽm.

In illo tpe. Dixit Iesus discipulis suis. Mulier cũ parit, tristitiã habet: quia venit hora ei⁹. Cum autem pepererit puerum: iam nõ meminit pressure ei⁹ propter gaudium: quia natus est homo in mũdum. Amen amen dico vobis: si quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Petite et accipietis: vt gaudium vestrum sit plenũ. Offer. Aue maria parturientium [illegible] gratia plena infantium subleuatrix: quia dñs est tecũ, [illegible] tuo protectrix: bñ pre mulierib⁹ benedicta dicaris: et super omnes benedictus a cunctis christicolis extollatur fructus ventris tui. Secreta.

Piissime christe iesu q̃ absq; dolore cõtagione ex vtero virginali almi tue matris tue in mũdum tua dignatione sanctissima porta clausa exire dignatus es: esto nobis ppicius: vt fructus ancillarũ tuarũ in orbem terrarũ sanos et incolumes taliter disponas peruenire: vt ad fontẽ baptismatis, vna tecũ regenerati mereantur. Qui viuis. Cõio. In partu puerperarũ o maria sol tuus resplẽderat inte quo lucente cetera post deũ luminaria sũt quasi nõ sint. Postcõio.

Beatissime spiritus p quem condita sunt vniuersa, supplicationes tuas exaudire digneris famulas: pro quibus has tue porrigimus pietati preces vt quẽadmodũ tuo felici fecisti iuuamine optatũ liberari: ita suffragijs beatissime matris dei lumen gratie tue in carũ celeri expeditione infundere digneris. Qui cũ pře. ¶ Benedictio mulieris post partũ ante ostiũ ecclesie. In primis dicat saceꝛd. vos pos. Leuaui oculos. Beati oẽs. cũ Gloria patri. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pr nr. Et ne nos. Sed libe. Dñe saluã fac ancillã tuã. De⁹ meus sperantem in te. Mitte ei auxiliũ de sancto. Et de syõ tuere eã. Esto ei dñe turris fortitudinis. A facie inimici. Dñe exaudi. Et clamor. Dominus vobiscum. Et cũ spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus qui hanc famulã tuã de pariendi periculo liberasti: et eã in seruitio tuo deuota eſſe feciſti: concede, vt temporali curſu fideliter peracto, ſub alis miſericordie tue, vitam perpetuã et quietã conſequatur. Per dñm.

¶ Tunc aſpergatur mulier aqua benedicta a ſacerdote, dicente Aſperges me domine. Deinde inducat eam ſacerdos per manum dexte[illegible] in eccleſiam: dicendo. Ingredere in templum dei: vt habeas vitam eternam, et viuas in ſecula ſeculorum amen.

¶ Benedictio panis i diebus dominicis. In primis legat ſacerdos euangelium In principio, et poſtea dicat verſiculum. Sit nomen domini benedictũ. Ex hoc nunc & vſq; in ſeculũ. Benedicamus dño. Deo grãs. Deinde dicat Dominus vobiſcũ. Et cum ſpiritu tuo. Oremꝰ. Oro.

BEne✠dic dñe hanc creaturã panis: ſicut benedixiſti quinq; panes i deſerto: vt oẽs guſtantes ex eo tã corporis ꝙ aĩe recipiant ſanitatẽ. In nõie patris ✠ filij ✠ ſpiritus ſancti. Amẽ. D[illegible] aſpergat ſacerdos aquã benedictã ſuper panem.

¶ Ordo ad ſeruitiũ peregrinorum. In primis dicuntur pſ. ſequentes ſuper illos corã altari pſtratos poſtꝙ confeſſi ſũt hoc modo incipiens. Pſalmus.

Pſal. xxiiij

AD te dñe leuaui animam meã deꝰ meꝰ i te cõfido nõ erubeſcã. Neq; irrideãt me inimici mei: etenim vniuerſi qui ſuſtinent te nõ cõfundentur. Cõfundantur oẽs iniqua agentes ſuperuacue. Uias tuas dñe demõſtra michi: & ſemitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua & doce me: quia tu es deꝰ ſaluator meus: & te ſuſtinui tota die. Reminiſcere miſerationũ tuarũ dñe: & miſericordiarũ tuarũ q̃ a ſeclo ſũt. Delicta iuuentutis mee: & ignorãtias meas ne memineris. Secundũ miſericordiã tuã memẽto mei tu: ꝓpter bonitatẽ tuã dñe. Dulcis & rectꝰ dñs: propter hoc legẽ dabit delinquentibus in via. Diriget mãſuetos i iudicio: docebit mites vias ſuas. Uniuerſe vie dñi miſericordia & veritas: requirentibus teſtamentũ eius & teſtimonia eiꝰ. Propter nomen tuum dñe: propiciaberis peccato meo multum eſt enim. Quis eſt homo qui timet dominum: legem ſtatuit ei in via quã elegit. Anima eius in bonis demorabitur: & ſemẽ eius hereditabit terrã. Firmamẽtũ eſt dñs timẽtibꝰ eũ: & teſtamẽtũ ipſiꝰ vt manifeſtet illis. Oculi mei ſemꝑ ad dñm: qm̃ ipſe euellet de laqueo pedes meos. Reſpice i me & miſerere mei: q2 vnicus & pauper ſũ ego. Tribulationes cordis mei multiplicate ſũt: de neceſſitatibus meis erue me. Uide humilitatẽ meã & laborẽ meũ: & dimitte vniuerſa delicta mea. Reſpice inimicos meos qm̃ multiplicati ſũt: & odio iniquo oderũt me. Cuſtodi animã meã & erue me: nõ erubeſcã qm̃ ſperaui i te. Innocẽtes & recti adheſerũt michi: q2 ſuſtinui te. Libera deꝰ iſrael ex oĩbꝰ tribulationibꝰ ſuis. G[illegible] pſalm.

MIſerere mei deꝰ ſecundũ magnã miſericordiã tuã. ps.

Et ſecundū multitudinē miſeratiōnū tuarū dele iniquitatē meā. Amplius laua me ab iniquitate mea: ⁊ a peccato meo munda me. Quoniā iniquitatē meā ego cognoſco: et peccatū meū cōtra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui et malum corā te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis\ et vincas cū iudicaris. Ecce enī ī iniqtatib⁹ cōcept⁹ ſū: et in peccatis cōcepit me mater mea. Ecce enī veritatē dilexiſti: incerta et occulta ſapientie tue manifeſtaſti michi. Aſperges me domine yſopo et mūdabor: lauabis me et ſuper niuē dealbabor. Auditui meo dabis gaudiū ⁊ leticiā: ⁊ exultabūt oſſa humiliata. Auerte faciē tuā a peccatis meis: et omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus: et ſpiritum rectum innoua in viſcerib⁹ meis. Ne proiicias me a facie tua: ⁊ ſpiritum ſanctum tuū ne auferas a me. Redde michi leticiā ſalutaris tui: ⁊ ſpiritu principali cōfirma me. Docebo iniquos vias tuas: et impij ad te conuertentur. Libera me de ſanguinibus deus deus ſalutis mee et exultabit lingua mea iuſtitiam tuam. Domine labia mea aperies: et os meum annunciabit laudem tuam. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem vtique: olocauſtis non delectaberis. Sacrificium deo ſpiritus contribulatus: cor cōtritū et humiliatū de⁹ nō deſpicies. Benigne fac dn̄e ī bona voluntate tua ſyon: vt edificētur muri hieruſalē. Tunc acceptabis ſacrificiū iuſtitie oblationes\ et olocauſta: tūc imponent ſuper altare tuū vitulos. Gloria. Ps.

Qui habitat in adiutorio altiſſimi ī protectiōe dei celi cōmorabitur. Ps. xc. Dicet dn̄o ſuſceptor me⁹ es tu: ⁊ refugiū meū de⁹ me⁹ ſperabo ī eū. Quoniā ipſe liberauit me de laqueo venantiū: ⁊ a verbo aſpero. Scapulis ſuis obumbrabit tibi: et ſub pennis ei⁹ ſperabis. Scuto circūdabit te veritas eius: nō timebis a timore nocturno. A ſagitta volāte ī die\ a negocio pambulāte ī tenebris: ab incurſu ⁊ demonio meridiano. Cadēt a latere tuo mille ⁊ decē milia a dextris tuis: ad te autē nō appropinquabit. Veruntamen oculis tuis cōſiderabis: ⁊ retributionē peccatorū videbis. Quoniā tu es dn̄e ſpes mea: altiſſimū poſuiſti refugiū tuū. Nō accedet ad te malū: ⁊ flagellū nō appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniā angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiāt te in oīb⁹ vijs tuis. In manib⁹ portabūt te ne forte offendas ad lapidē pedē tuū. Super aſpidē ⁊ baſiliſcū ambulabis: ⁊ conculcabis leonē ⁊ draconē. Quoniā in me ſperauit liberabo eū: protegā eū\ quoniā cognouit nomē meū. Clamauit ad me et ego exaudiā eū: cū ipſo ſū ī tribulatione\ eripiā eū: ⁊ glorificabo eū. Longitudine dierū replebo eū: ⁊ oſtendā illi ſalutare meū. Gloria patri. Kyrie eleyſon. Chriſte eleyſō. Kyrie eleyſō. Pr̄ nr̄. Et ne nos. Sed libera. Ego dixi dn̄e miſerere mei. Sana animā meā q̄r peccaui tibi.

Vias ſuas dñs demonſtret tibi. Et ſemitas ſuas edoceat te. Greſſus tuos dirigat dñs ſecundū eloquiū ſuū. Ut non dominet̄ tui oīs iniuſticia. Utinam dirigātur vie tue. Ad cuſtodiendas iuſtificationes dñi. Perficiat dñs greſſus tuos in ſemitis ſuis. Ut non moueant̄ veſtigia tua. Bndictꝰ dñs deus die quotidie. Proſperū iter faciat tibi deus ſalutariū noſtroꝝ. Angelꝰ dñi bonꝰ comitetur tecū. Et bene diſponat itinera tua et actus tuos vt iterū cū gaudio reuertaris ad ꝓpria. Beati immaculati in via. Qui ambulant in lege domini. Nichil ꝓficiat inimicus in te. Et filius iniquitatis nō apponat nocere tibi. Exurge domine adiuua nos. Et libera nos propter nomen tuū. Dñe deꝰ virtutū conuerte nos. Et oſtende faciem tuā ꝫ ſalui erimꝰ. Dñe exaudi orationē meā. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcū. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Adeſto dñe ſupplicationibus noſtris: et viā famuli tui N. in ſalutis tue proſperitate diſpone: vt inter oēs vie et vite huiꝰ varietates: tuo ſemper protegantur auxilio. Per chriſtū dominū noſtrum. Oremus. Oratio.

Deus qui ambulātes in via \ et confidentes in te paterna ꝓtectione cuſtodis: q̄s vt his p̄ſentibꝰ famulis tuis N. a nobis egredientibus angelicum tribuas comitatū: vt auxilio tuo ꝓtecti \ nullius mali concutiantur formidine: nulla comprimatur aduerſitatis languore \ nullius irruentis inimici moleſtentur inſidijs: ſed ſpacio neceſſarij itineris \ ꝓſpero greſſu peractis ꝓprijſq; locis reſtituti recipient ſoſpites \ ac debitas exſoluāt tuo nomini gratias. Per xp̄m dñm noſtrum. Oremus. Oratio.

Deus q̄ diligentibus te miſericordiā tuā ſemper impendis: et a ſeruientibꝰ tibi in nulla es regione longinquus: dirige viā huiꝰ famuli tui N. i voluntate tua: vt te protectore: te preducente per iuſtitie ſemitas ſine offenſione gradiatur. Per chriſtum.

¶ Hic ſurgāt peregrini a proſtratione. Et ſequatur bñdictio pere et baculi hoc modo. Dñs vobiſcū. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Or.

Domine ieſu xp̄e q̄ ineffabili tua miſeratione ac patris iuſſione ſpirituſq; ſancti cooperatione de celo deſcendere \ oueſq; perditā dyabolica ſeductione voluiſti querere: atq; ꝓprijs humeris ad celeſtis patrie gregem referre quiq; precepiſti filijs matris eccleſie: orando petere \ bene viuēdo querere \ ac pulſando perſeuerare: vt citius inuenire valeant ſalutaris premia vite: te humiliter inuocamus: quatenus ſanctificādo benedicere digneris hāc peram vel has peras ꝫ hos baculos vel hunc baculum: vt quicunq; ea pro tui nois amore ad inſtar humilis armadure: lateri ſuo vel lateribus ſuis applicare \ atq; ſuis collis ſuſpendere \ ſiue in manibꝰ ſuis ge-

[illegible] [illegible] [illegible] pro[illegible] [illegible]\ peruenire valeant tue ad gaudia visiōis eterne. Per te saluatorē mūdi. Qui viuis. Hic aspergat aqua bñdicta\ et ponat sacerdos collo peregrini perā dicēs.

In noīe dñi nostri iesu xp̄i accipe hāc perā habitū peregrinationis tue: vt bene castigatus et saluat⁹ peruenire merearis ad limina sanctorum quo pergere cupis\ et peracto itinere tuo ad nos reuertaris incolumis. Per eūdem. ¶ Et sic fiat aliis si sint plures. Hic tradat vnū baculū dicens.

Accipe hūc baculū sustentationis itineris ac laboris peregrinationis tue: vt deuincere valeas oēs cateruas inimici et peruenire securus ad limina sanctorū quo pgere cupis: et peracto obediētie cursu ad nos iterū reuertaris cū gaudio. Per xp̄m. ¶ Et sic dicat aliis\ si sint plures. ¶ Benedictio crucis pergentis hierlm: cum Dñs vobis. Et cū. Oremus. Oro.

Omnipotens ſempiterne deus: qui meritis bt̄i ſebaſtiani martyꝛis tui glorioſiſſimi quādā gn̄alē peſtē epydimie hoīb⁹ peſtiferā reuocaſti: p̄ſta ſupplicib⁹ tuis: vt q̄ pro ſimili peſte reuocanda ad ipſū ſub tui cōfidētia cōfugerint: ipſi⁹ meritis ⁊ p̄cib⁹ ab ipſa peſte epydimie et ab oī tribulatione liberētur. Per do. Ep̄la. Beatꝰ vir qui i ſa. in cōi fo.iij. Gr. O ſc̄tē ſebaſtiane chriſti athleta glorioſiſſime qui pro xp̄o reliq̄ſti terrene militie principatū ⁊ ſuſcepiſti magnū ſuppliciū intercede p nobis ad dominū. V. O ſancte ſebaſtiane xp̄i martyꝛ egregie: cui⁹ meritis tota lombardia fuit liberata a peſte moꝛtifera libera nos ab ip̄a: ⁊ a maligno hoſte. Alla. V. O ſancte ſebaſtiane nos tremētes ac flētes iploꝛamus tuū clemēs auxiliū: vt poſſim⁹ obtinere p te peſtis moꝛtifere apud xp̄m remediū. In tp̄e paſcha. ſcd̄z Alla. V. O q̄ glorioſū eſt tēplū tuū bt̄e ſebaſtiane i quo diuina eſt punitio ⁊ pctōꝝ remiſſio ſplēdoꝛ et lux perpetua ⁊ ſine fine leticia.

Sequētia.

Omnes vna deo cātem⁹ et martyꝛis glorioſi laudē ſebaſtiani. Hic a deo eſt elect⁹ p quē moꝛb⁹ eſt eiectus languoꝛis peſtiferi. Nā ſe xp̄o totum vouit q̄ vult nos huius venerari: xp̄s eū nūc p̄mouit in patria celeſti. Cunctis hic ſubuenit meſtis ſtatim eſt ſedata peſtis cui cauſa meruit. Ipſum ſi nūc depꝛecemur nomē quoqꝫ veneremur martyꝛis ſāctiſſimi. Moꝛbus iſte nō nocebit ſed moꝛtiferum delebit populum qui tenuit. Nos pro noſtris tantis malis iam abſoꝛbet peſtis talis: q̄ tota gens genuit. Sancte martyꝛ ſebaſtiane ſalua nos a peſte epydimie. Noſtra grauia ob peccata terra iſta deſolata non ſit pie q̄s. Sed nos cōſidera ⁊ in nobis ceſſa: peſtē iam te petim⁹. Iſta p te gēs ſit tuta ⁊ ne noceat acuta febꝛis hec i anglia. Ex quo noſtra ſpes eſt tota i te martyꝛ nūc remota: ſit peſtis moꝛtifera. O ſc̄tē ſebaſtiane nr̄e gētis āglicane cōſeruatoꝛ ⁊ tutoꝛ ſis. Et dn̄m depꝛecare vt a nobis reuocari: valeat veſana peſtis. Ex tua ſc̄tā p̄ce vere fit moꝛbus nobis nece. Sed recedat ab hac domo. Amē dicat oīs homo. Euā. Niſi granū frumēti. i cōi. fo. iiij. Off. Martyꝛ egregie bellis militie atheleta fidei oꝛna mandatū dei: vt auertat a nobis īdignationē ſuā martyꝛ ſuffragia effunde pia vt epydimia nō ſit noxia i hac p̄tia nec i alia p ſubſidia poſcetis nos tibi talia dam⁹ p̄mia hic p̄ce p̄mia da nobis pia miles eya et.

Secreta.

Subueniat nobis dn̄e tua mīa, intercedēte bt̄o ſebaſtiano martyꝛe tuo: vt ab īminētibus pctōꝝ noſtroꝝ periculis te mereamur p̄tegēte ſaluari ⁊ tua ꝑcibꝰ a peſte epydimie\⁊ oī ab tribulatione liberari. ꝑ. Cōio. Beatus es ⁊ bene tibi erit egregie martyr ſebaſtiane: quia cum ſanctis gaudebis\et cum angelis exultabis in eternum. Poſtcōmunio.

Da q̄s dñe ppl'o tuo ſalutē mētis ⁊ corporis: vt iteruētu bti ſebaſtiani martyris tui bonis operibꝰ īherēdo: tuo ſemꝑ munere et ſuorū meritorū interuētione: a peſte epydimie ⁊ ab oī tribulatione mereamur tua ꝓtectione defēdi. Per. ¶ Cōmemoratio ſcti eraſmi martyris ⁊ pōtifis. Offm.

Pſal. lxiij. Letabitur iuſtus ī domino\⁊ ſperabit ī eo ⁊ laudabunt oēs recti corde. In tpe paſchali. Alla. ꝟ. Ibid. Exaudi deus orationem meam cū deprecor: a timore īmici eripe animam meam. Oratio.

Deus q̄ ſanctā nobis huiꝰ diei leticiā pro cōmemoratione bti martyris tui eraſmi atq̄ pōtificis feciſti: adeſſo familie tue ꝑcibꝰ ⁊ da: vt cuiꝰ hodie cōmemorationē celebramꝰ\eiꝰ meritis ⁊ īterceſſionibꝰ adiuuemur. ꝑ. Epl'a. Oīs pontifex. In cōi fol. vi. Gr. ꝑ. xx. Poſuiſti dñe ſup caput eiꝰ coronā de lapide ꝑcioſo. ꝟ. Deſideriū aīe eiꝰ tribuiſti ei: ⁊ volūtate labiorū eiꝰ nō fraudaſti eū. Ibid. Alla. ꝟ. Glia ⁊ honore coronaſti eū dñe: ⁊ cōſtituiſti eū ſup opera manuū tuarū. Sequen. Organicis. In cōi. fo. vi. Euā. Circuibat ieſꝰ. In cōi fol. vi. ꝑ. xx. Offer. Poſuiſti dñe ī capite eiꝰ coronā de lapide ꝑcioſo: vitā petijt a te ⁊ tribuiſti ei. Alleluya. Secreta.

Intende ꝓpitiꝰ q̄s dñe oblata tibi hec munera: ⁊ deprecatione bti eraſmi martyris tui atq̄ pontificis\in cuius ea commemoratione deferimꝰ: nos ipſos eademq̄ ſāctifica. Per. Cōio. Ibid. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo gloriam et magnum decorem impones ſuper eum dñe. Poſtcōio.

Sumpſimꝰ dñe in ſctī martyris tui atq̄ pōtificis eraſmi cōmemoratione celeſtia ſacramēta: cuius ſuffragijs q̄s largiaris: vt qd̄ tēporaliter gerimꝰ eternis gaudijs cōſequamur. Per do.

¶ Miſſa ſācti rochi cōfeſ. Offm.

Pſal. lxiij. Letabitur iuſtus ī dño et ſperabit in eo: ⁊ laudabūtur oēs recti corde. ¶ In tpe paſchali. alla alla. ps. Ibid. Exaudi deꝰ orationē meā cū deprecor: a timore īmici eripe aīam meā. Or.

Omīps ⁊ miſericors deꝰ qui meritis ⁊ precibus btiſſimi rochi confeſſoris tui quandā peſtē hominū generalē gratioſe reuocaſti: preſta ſupplicibus tuis\vt qui pro ſimili peſte reuocanda ad tu ā confugiunt fiduciam: ipſius glorioſi confeſſoris precamine: ab ipſa infirmitate: ⁊ ab omni perturbatione liberentur. Per. Epl'a. Juſtum deduxit dñs. In cōi fol. xi. Gr. Juſtus vt palma florebit: ſicut cedrus libani multiplicabitur in domo dñi. Pſal. xci. ꝟ. Ad annunciandū mane miſericordiā tuā: et veritatem tuam per noctem. Alleluya.

ela. xxxv V. Iuſtus germinabit ſicut liliū: et florebit ĩ eternū ante dñz. Sequē.

IN honore ſaluatoris ſcti rochi cōfeſſoris agat memoria. Qui de celo prenotat̃ ⁊ ad matrē nūciatur: ſalute angelica. Qui de vētre matris nat⁹\ ſigno crucis eſt ſignatus: quod ſiniſtro patuit. Quarta ⁊ ſexta feria ſemel lactās indicia: ſctitatis prebuit. Vti mūdo qui cū poſſet\ ⁊ mundanū fucum noſſet: mūdus mūdū tenuit. Omni ſpreta re paterna: mēte tendēs in ſuperna oīa deſeruit. Ac poſt mortē ſui patris\ ⁊ deceſſū ſue matris: peregre diuertitur. Et ad domos īfirmorū\ peſte dira perpeſſorū: feſtine igredit̃. Ieſū xp̄m deū clamat\ ſigno crucis cūctos ſanat ſua prouidentia. Ad quē venit virtus prorſus fuit hic ſanat⁹: diuina potētia. Ciuitates italie\ rome lōgobardie: ſanat ſuis p̄cibus. Hoſpitali placētie\ ꝑcuſſ⁹ peſtis ſilice abiectus e menib⁹. Lāguēs dū in ſilua ſitit\ fontē de⁹ ſibi mittit: preoſtēſa nebula. Paru⁹ canis panes portat\ a gotardo ⁊ reportat: cane viro regula. Sic vir ſctūs cōfortatur\ dū gotardo ꝯſolat̃: in valle miſerie. Et per angelū ſanatur\ qui a deo mittebatur: raphael in noīe. Poſtq̄ ī lōgobardia\ ꝓuincia angleria: ponitur in carcere. Ab angelis fouebatur\ ⁊ de celo letabat̃ viſus miro lumine. Rochus ibi vitam finit\ cui deus dare ſinit: tabulā p angelū. Que diuine ſcribebatur: ſcriptis auri et dictat̃ manu dei ſiderū. Nomē rochi īfra ſcriptū\ qd̄ a deo ſunt dictū: vt q̄ eū decorāt. Peſtis virus depellat\ ſanitaſq̄ his reddatur q̄ eū ꝯmemorāt. Tu q̄ deo es tā char⁹\ et in luce valde clarus: ſana tuos famulos. Et a peſte nos defende\ opē nobis ac impēde: cōtra morbi ſtimulos. Vir tā potens tā beatus\ cū honore collocatus\ ĩ celeſti curia. Voto voce deſeret\ vt p ipſū nobis triūpha frui glīa. Amē. Secūdū mattheū. ix. D

IN illo tp̄e. Circuibat dñs ieſus ciuitates ⁊ caſtella docēs in ſynagogis eorū\ ⁊ p̄dicans euāgeliū regni: ⁊ curās oēm languorē ⁊ oēm infirmitatē. Videns autē turbas miſert⁹ eſt eis: qꝛ erāt vexati ⁊ iacētes ſicut oues nō habētes paſtorē. Tūc dixit diſcipulis ſuis. Meſſis quidē multa: operarij vero pauci. Rogate ergo dñm meſſis: vt mittat operarios ī meſſem ſuā. Euntes aūt predicate dicentes qꝛ appropinquabit regnū celorū. Infirmos curate\ mortuos ſuſcitate\ leproſos mūdate\ demones ejicite\ gratis accepiſtis: gratis date. Ecce ego mitto vos: ſicut oues in medio luporū. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes\ et ſimplices ſicut columbe. Offer. Veritas mea ⁊ mīa mea cū ipſo: ⁊ in noīe meo exaltabit̃ cornu ei⁹. Secreta. Psal. lxxxviij.

MUnera tibi q̄s dñe oblata ſanctifica ⁊ īntercedēte pro nobis btō rocho cōfeſſore tuo per hec oīa ſcelerū nr̄orū placat⁹ maculas abſterge: ⁊ ſanitatem corporis et anime nobis tribue. Per.

Cōio. Magna eſt gloria eius in

ſalutari tuo gloriā et magnum decorē imponeſ ſup eū dñe. Poſtcō.

SUmpſimꝰ dñe tua ſancta bti rochi merita recolētes: p̄ſta qs vt eiꝰ ſemper & fideliū muniamur auxilio: & magnifico proficiamus exemplo. Per. ¶ In cōmēo. ſcti xp̄ofori marty. Officiū.

GLoria & honore coronaſti ps. viii eum: & conſtituiſti eum ſuper opera manuū tuarū. ibidē. Ps. Dñe dñs nr̄: q̄ admirabile eſt nomē tuū in vniuerſa terra. Or.

COncede q̄s oīps et miſericors deꝰ vt qui bti xp̄ofori martyris tui memoriā agimꝰ: eiꝰ piis meritis et interceſſionibus a morte ꝑpetua\ſubitanea peſte fame\timore\pauꝑtate: & ab oībꝰ inſidiis inimicorū nr̄orū liberemur in terris. Per te ieſu xp̄e ſaluator mundi rex glorie: quē idē xp̄oforꝰ meruit in ſuis humeris portare. [illegible]. Lectō libri ſapientie.

Eccl. xxxi. B BEatus vir qui inuētus eſt ſine macula: & qui poſt aurum non abiit nec ſperauit in theſauris pecunie. Quis eſt hic & laudabimus eum? Fecit enim mirabilia i vita ſua. Qui probatus eſt in illo: et perfectus inuentus eſt: et erit illi gloria eterna. Qui potuit tranſgredi & non eſt tranſgreſſus: facere mala & non fecit. Ideo ſtabilita ſunt bona illius in domino: et elemoſynas illiꝰ enarrabit omnis eccleſia ſanctorū. ps. xx Gr. Poſuiſti domine ſuper caput eius coronam de lapide precioſo. V. Deſiderium anime eius tribuiſti: ei & voluntate labiorum eius non fraudaſti eū. Alleluya. V. Letabitur ps. lxiii iuſtus i domino & ſperabit in eo: & laudabunt oēs recti corde. Seqn. Organicis. i cōi fo. v. Scdʒ Mat.

INn illo tp̄e. Dixit ieſus diſci x. C pulis ſuis. Nichil opertum qd̄ nō reueletꝰ & occultū qd̄ nō ſciatur. Qd̄ dico vobis i tenebris: dicite i lumine: & qd̄ i aure auditis: p̄dicate ſup tecta. Et nolite timere eos q̄ occidūt corpꝰ: aīam autē nō poſſūt occidere Sed potiꝰ eū timete: q̄ poteſt & aīam et corpꝰ ꝑdere i gehennā. Nōne duo paſſeres aſſe veneūt: & vnꝰ ex illis nō cadet ſuper terrā ſine pr̄e vr̄o. Veſtri aūt capilli capitis oēs numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos. Oīs ergo qui confitebitur me coram hominibus cōfitebor et ego eū corā pr̄e meo: q̄ eſt i celis. Offer. Glia & ps. xx honore coronaſti eū: & ꝯſtituiſti eū ſup opa manuū tuar̄ dñe. Secr.

ACcepta ſit in cōſpectu tuo dñe nr̄a deuotio: et eiꝰ nobis fiat ſupplicatione ſalutaris: p cuiꝰ cōmemoratione defert. p. Cōio. Magna eſt glia eiꝰ i ſaluta ps. xx ri tuo\gloriā & magnū decorē īpones ſuper eū dñe. Poſtcōmunio.

SAcro munere ſatiati ſupplices te dñe depcamur vt qd̄ debite ſeruitutis celebramus officio: intercedente beato chriſtoforo martyre tuo\ſaluationis tue ſentiamus augmentum. Per dominum. ¶ Miſſa de ſancto antonio confeſſore. Officium.

Gaudeamus oēs in dn̄o\ die feſtū celebrātes ſub honore btī antonij cōfeſſoris tui de cuius cōmemoratione gaudent angeli\ ⁊ collaudāt filiū dei. ps. Exultate iuſti ī dn̄o rectos decet collaudatio. or.

Deus q̄ cōcedis obtētu btī antonij ꝯfeſſoris tui\ morbidū ignem extingui\ ⁊ membris egris refrigeria preſtari: fac nos ipſius meritis a gehenne incendijs liberatos integros mente et corpore tibi feliciter in gloria preſentari. Per. Lctō libri ſapiētie.

Ecce cōfeſſor magn⁹ q̄ ī vita ſua probatus eſt: ⁊ cognitus eſt: in verbis ſuis fidelis. Quaſi ſtella matutina in medio nebule et quaſi ſol refulgens: ſic beat⁹ anton⁹ refulſit ī tēplo dei. Quaſi arc⁹ refulgēs iter nebulas glīe: quaſi flos roſarū in diebus vernis. Quaſi lilia ī trāſitu aq̄: et quaſi thus redolēs ī dieb⁹ eſtatis. Quaſi ignis effulgēs: ⁊ thus ardēs ī igne quaſi vas auri ſolidū\ ornatū omī lapide p̄cioſo. Quaſi oliua pullulās et cypreſſus ī altitudine ſe extollens\ in accipiendo ipſum ſtolā glorie. Et veſtiri eū: conſummatione virtutis. Grad.

Dn̄e preueniſti eū in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti ī capite eius coronā de lapide precioſo. ℣. pſal. xx. Uitā petijt ⁊ tribuiſti ei: longitudinē dierū ī ſeculū ſcl'i. Alla. ℣. ecclia Felix corp⁹ ⁊ felix aīa felix virt⁹ ſcti antonij cui⁹ nomē collaudāt oīa: ⁊ verent̄ gentes ppl'i flāmas ignis orchi ſedia: mox ſuffocat victor demoniū: tua p̄ce laude ⁊ glīa nos copulat ſacroꝝ celiū alla. ℣.

O antoni paſtor inclyte q̄ cruciatos reficis morbos ſanas ⁊ deſtruis ignis calorē extinguis: pie p̄r ad dn̄m ora p nobis miſeris. Seque.

In hac die letabūda\ xp̄i chori plebs iocūda: pſallat cū tripudio. Et hac die triūphali\ laudes vota ſpiritali: perſoluat antonio. Hic inſigni ſtirpe natus\ dono dei decoratū: effulſit virtutib⁹. Intra petit p deſertū\ ne ſe vicijs incertū: mūdus fallat opib⁹. Quo viſo ſerpens antiquus\ xp̄i ſemꝑ inimicus preparat inſidias. Cellā ſubit ſine mora ⁊ quaſi virgo decora: ſibi dat blandicias. Quo cōperto miles fortis īquit cubat ſines mortis: ſup his carbonibus. Demō fugit ⁊ turbat⁹\ mox demonibus ſtipat⁹: hūc cedit verberib⁹. Ieiunijs macerat⁹ munctū ſpernēs xp̄o gratus carnis ſoluit debitū. Quicqd igne cruciatur\ gehēnali liberatur: ob ipſius meritū. Nūc exultat laureat⁹\ ſtola vite decorat⁹. in celeſti culmine. Thronū ſūme maieſtatis\ cū ſpiritib⁹ btīs leto cernit lumine. Pie p̄r precioſe fūde p̄ces copioſe: ſūmo regi glīe. Pro plēti ꝯcione\ vt ī celi regione melos canat glīe. Scd'm mattheū.

In illo tp̄e dixit ſymon petr⁹ ad ieſum. Ecce nos reliquimus oīa ⁊ ſecuti ſum⁹ te: quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit eis. Amē dico vobis: q̄ vos q̄ ſecuti eſtis me: ī regeneratiōe cū ſederit xix. b filiꝰ hoīs ī ſede maieſtatis ſue: ſedebitis ⁊ vos ſup ſedes duodecim iudicātes duodecim tribꝰ iſrl. Et oīs qui reliquit domū vel fratres\aut ſorores\aut prēm\aut mrēm\aut vxorē\aut filios\aut agros\ꝓpter nomē meū centuplū accipiet: et vitam eternā poſſidebit. Offer.

ꝑ lxxx viij. Veritas mea et mīa mea cū ipſo: et ī noīe meo exaltabit cornu eiꝰ.

Sacrificiū nr̄m q̄s (Secr. dn̄e benignꝰ intēde: quo ſicut vti antonij ꝑcibꝰ cruciatꝰ tēporales ſanare nō deſinis: ita exui miſericorditer impetremꝰ ab eternis. Per dn̄m. Cōmunio.

mat. xxiiij D Beatus ſeruus quem cū venerit dn̄s inuenerit vigilātē: amē dico vobis ſup oīa bona ſua cōſtituet eū. Poſtcō.

Proſit nobis dn̄e ad ſalutē ſacri muneris oblatio\per quā beati antonij ſuffulti ſuffragio exēplo ipſiꝰ oīa tela nequiſſima ignea extinguētes: ſanctorū mereamur adiungi cōſortio. Per do.

¶ Officiū ſequens archangeli raphaelis poteſt celebrari pro peregrinantibꝰ: vel itinerantibꝰ: vt ſicut thobiā ſanū et incolumē duxit ⁊ reduxit ita ⁊ illū reducat: poteſt etiā celebrari: pro cūctis infirmitatibꝰ: et etiā a demonio obſeſſis: eo q̄ angelꝰ eſt medicinalis: quia thobiā viſū reſtituit: et ſarā vxorē filij ſui\a demonio liberauit.

Thobie. xij. C Ego ſum azarias ananie magni filius: ego ſum raphael archangelus: vnꝰ ex ſeptem qui aſtamus ante conſpectū domini: pax vobis: nolite timere: dominꝰ exaudiuit preces veſtras: et miſit me ad vos vt curem vos alleluya. Ps. Benedicite dominū oēs electi eius: agite diē leticie et cōfitemini illi. ibidē. Oratio.

Deus q̄ beatū raphaelē archāgelū thobie famulo tuo properāti preuiū direxiſti et inter huiꝰ vite ac vie varietates atq; diſcrimina\donaſti cuſtodem: da q̄s vt eiuſdē ꝓtegamur auxilio: quatenꝰ ⁊ vite p̄ſentis vitemꝰ ꝑicula: et ad gaudia valeamus peruenire celeſtia. Per. ¶ Lectō libri thobie. xij. B

Dixit angelus raphael ad thobiā. Etenī ſacramentū regis abſcondere bonū eſt. Opera aūt dei reuelare eſt cōfiteri: honorificū eſt. Bona eſt oratio cū ieiunio ⁊ elemoſina: magis q̄ theſauros auri recōdere. Quoniā elemoſina a morte liberat: ⁊ ipſa eſt que purgat peccata: ⁊ facit inuenire vitam eternam. Qui autem faciūt peccatum: et iniquitates hoſtes ſūt aīe ſue. Manifeſto ergo vobis ꝟitatē: ⁊ nō abſcōdam a vobis ſermonē occultum. Qn̄ orabas cum lachrymis: ⁊ ſepeliebas mortuos: ⁊ derelinquebas prandium: et abſcondebas mortuos per diē in domo tua: et nocte ſepeliebas eos: ego obtuli orationē tuam dn̄o. Et q2 acceptꝰ eras deo neceſſe fuit vt tētatio ꝓbaret te Et nūc miſit me dn̄s vt curē te: et ſarā vxorē filij tui a demonio liberē. Ego ſum raphael angelꝰ: vnꝰ ex ſeptē q̄ aſtamꝰ ante dn̄m. Cū hec audiſſet turbati ſunt: ⁊ trementes ceciderunt ſuper terrã ĩ faciẽ ſuã. Dixitq; eis angelꝰ: pax vobis nolite timere. Etenĩ cũ eſſẽ vobiſcũ per voluntatẽ dei erã. Ipſum benedicite ⁊ cantate illi. Videbar quidẽ vobiſcum manducare ⁊ bibere. Sed ego cibo ⁊ potu inuiſibili: q̃ ab hoĩbꝰ videri nõ poteſt\ vtoꝛ. Tẽpus ergo eſt vt reuertar ad eũ qui me miſit. Vos aũt bñdicite dñm: ⁊ narrate oĩa mirabilia eiꝰ. Gr. Angelꝰ raphael: Thobie. viii. a apprehendit et ligauit demonem. Vꝰ Magnus dñs noſter ⁊ magna virtus eius. Alleluya. V. Miſſꝰ eſt raphael angelꝰ a deo Thobie. v B ad thobiam: et ſalutauit eũ et dixit ei. gaudiũ ſit tibi ſẽp. Alla. V. Angele medicinalis: mecũ ſis perpetualis: et ſicut fuiſti cũ thobia: ita ſis mecũ ſemper ĩ via. Alla. V. Angelũ nobis medicũ ſalutis mitte de celis raphael: vt omnes ſanet egrotos: pariterq; noſtros Mat. dirigat actus. Alleluya. V. Angelus dñi deſcẽdit de celo et accedẽs viii. a reuoluit lapidẽ: et ſedebat ſup eũ.

¶ Euangeliũ Secũdũ Johannẽ.

Joh. v. A IN illo tempoꝛe. Erat dies feſtus iudeoꝛum\ et aſcẽdit ieſus hieroſolymam. Eſt autẽ hieroſolymis pꝛobatica piſcina que cognominat̃ hebꝛaice bethſaida\ quinq; poꝛticus habẽs. In his iacebat multitudo magna languentium\ cecoꝛum\ claudoꝛum: aridoꝛum\ expectantium aque motum. Angelus autẽ dñi\ ſecundũ tẽpus deſcendebat in piſcinam: ⁊ mouebatur aqua. Et qui pꝛioꝛ deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aque\ ſanꝰ fiebat a quacũq; detinebat̃ infirmitate. Offer. In hono Eccl. re ſcti raphaelis pſallat militans eccleſia: qui virtute dei pr̃is ligauit demonẽ: ⁊ thobie viſum reddidit: quo pꝛiuatꝰ fuerat alla. Secreta.

MItte deus archangelũ tuũ raphaelẽ cũ medicamine opificẽ: qui ſanitatẽ mentis reparet ⁊ coꝛpoꝛis: inſeq; celeſtis donũ infundat: et que in nobis ſunt aduerſa deponat: vt qui noſtra iniquitate tabeſcimꝰ de tua quã non meremur pietate letari cõcedas. Per. Cõio. Jubilus ſumme lau- Eccl. dis reſonet in oꝛe omniũ: ad laudẽ btĩ raphaelis archãgeli: vt ipſe cuius mẽoꝛia agit̃ ĩ terris: ad deũ ꝑ nobis ĩtercedat ĩ celis alla. Pꝰ cõ.

DIrigere dignare dñe deꝰ ĩ adiutoꝛiũ nr̃m raphaelẽ archãgelũ: ⁊ quẽ tue maieſtati ſẽper aſſiſtere credimꝰ tibi nr̃as exiguas p̃ces bñdicẽdas aſſignet. P.

¶ In feſto ſãcti gabꝛielis archãgeli. Ad miſſam. Introitus.

GAudeamus omnes ĩ Eccl. domino: diem feſtum celebꝛantes ſub honoꝛe gabꝛielis archãgeli: de cuius ſolennitate gaudent angeli\ ⁊ collaudant filium dei. Ps. Bñdicite dño oẽs virtutes eius miniſtri eiꝰ qui facitis voluntatẽ eius. Gloꝛia. Oꝛ.

ABſterge queſumus domine chꝛiſtiani populi caliginem tui luminis illuſtratione\ et \preſſa: vt beati gabꝛielis archangeli tui ſalutatione\ et omnium angelorum ſuorum protectione muniti/ in tua ſemper viſitatione clareſcat. Per. Lectio danielis prophete.

Dan. ix. F.

In diebus illis. Cum loquerer et orarem et confiterer peccata mea/ et pctã populi mei iſrael: vt proſternerẽ preces meas in conſpectu dei mei pro monte ſctõ dei mei: adhuc me loquente in oratione mea: ecce vir gabriel quẽ viderã in viſione a principio cito volans tetigit me in tempore ſacrificij veſpertini/ et docuit me et locutus eſt michi. Dixitꝙ daniel. Nũc egreſſus ſum vt docerem te/ et intelligeres. Ab exordio precũ tuarum egreſſus eſt ſermo. Ego autẽ veni vt indicarẽ tibi: quia vir deſideriorum es. Tu autẽ animaduerte ſermonẽ/ et intellige viſionem. Septuaginta ebdomade abbreuiate ſunt ſuper populũ tuũ: et ſuper vrbem ſanctã tuã: vt conſumetur preuaricatio ⁊ finẽ accipiat peccatũ: et deleatur iniquitas: ⁊ adducatur iuſtitia ſempiterna: et impleatur viſio et prophetia: ⁊ vngatur ſanctus ſanctorum. Scito ergo ⁊ animaduerte ab exitu ſermonis vt iterum edificetur hieruſalem: vſqꝫ ad chriſtum ducẽ. Grad. Preco fulgens ſplendore nimio: gẽma lucens celeſti radio: deſolatis ſis conſolatio: ⁊ temptatis firma protectio. ℣. Tu gabriel qui frangis carceres captiuorum reſpice pauperes: ⁊ fac eos ad vitam celeres.

eccl'ie vox ⁊ oia infra.

Alleluya. ℣. Per te preco opus mirabile altum nimis ſit ⁊ ſpectabile: per te nobis fiat poſſibile: quẽ rogamus ⁊ impetrabile. Tractus. A te preco virgo amabilis: preter morem effecta fertilis: veneratur vt ſis placabilis: deus noſter ne ſit terribilis. ℣. Virginiſqꝫ iocunda facies te gabriel ⁊ mira ſpecies letificat ſit nobis requies qua ſi placet nos tecum ſocies. ℣. Nunc igitur preco accelera pie mẽtis precare viſcera nato monſtret pectꝰ ⁊ vbera tu ab hoſte nos tecũ libera.

Proſa.

Proloquiũ altum recitemꝰ/ gabrielis vt nos excitemꝰ: ad amorẽ oẽs vocitemꝰ/ ad has laudes corda ora demus. Imperatrix cuius imperio / tota gaudet celeſtis concio: tanta laus eſt tibi in filio ꝙ humana non capit ratio. Benedicta et venerabilis/ pia prudens decora nobilis: vniuerſis incomparabilis/ tibi nunꝙ fuit conſimilis. Te creauit pater ingenitus/ obumbrauit te vnigenitus: fecundauit te ſanctus ſpiritus/ tu es facta tota diuinitꝰ. Te creauit deꝰ mirabilem/ te reſpexit ancillam humilẽ/ te queſiuit ſponſam amabilem/ tibi nunꝙ fecit cõſimilem. Te beatam laudare cupiũt/ oẽs ſancti ſed non ſufficiũt: nã tot laudes tibi cõueniũt ꝙ laudantes oẽs deficiunt. Quia tamẽ caput es virginũ/ ⁊ laus ſũma nõ habes terminũ: angelorũ laudes ⁊ hoim/ preceteris prima poſt dñm. Cũ ſiſteret humani generis/ loqui preco dignior ceteris: vale dicit regina etheris/ cuiꝰ ſedes manet in ſuperis. Vale ſancta ſanctorum omniũ laus ⁊ honor decꝰ fideliũ:

aula chriſti damus palatium\diuinitatis reclinatorium. Amen. Euā. Miſſus eſt gabriel. Require feria iiij. quatuor tēpoꝝ aduentus. ⁊ dr̄
Eccle Credo. Offi. Fortis preco oēs cōmuniter īpugnamur ab hoſte fortiter et iterdū vincimur turpiter: ſed iuua nos miſericorditer. Secr.

Munera ſacrificij noſtri q̄ſum⁹ oīpotēs de⁹ in corp⁹ ⁊ ſanguinē filij tui conuerte: quē diuiniſſimus gabriel archangel⁹ de beata maria virgine nūciauit naſciturū ſaluatorem mūdi dn̄m noſtrū ieſum chriſtū filiū tuum.
Eccle Qui tecum viuit. Cōmunio. O gabriel reſolue flebiles\egros ſana\conforta debiles: fac nos mites ſemper et humiles\et in fide fortes et ſtabiles. Poſtcōmunio.

Beati gabrielis archangeli tui deus noſter\ſanctorūq; omnium celeſtium virtutum recolentes memoriam\letificet interceſſio: atq; eorum ſumpta veneratione ſacramenta proficiāt ad ſalutem. Per dominum noſtrum.

¶ Miſſa cōpaſſionis ſiue lamentationis btē marie virgīs. Offm̄.

Thre. i. G. Vide domine quoniā tribuloꝛ\conturbat⁹ eſt venter meus\ſubuerſum eſt coꝛ meū ī memetipā: quoniam
Ibid. amaritudine plena ſum. Ps. Poſuit me dominus deſolatam: tota die merore cōfectā. Gloria pr̄i. Or.

Pietate tua q̄ſum⁹ dn̄e ieſu clementiſſime\qui ꝑ nobis pctōrib⁹ mortē ſubiēs tēpali: nec proprio corpori\nec materno dolori parcere voluiſti preſſa: vt nos paſſionis tue memoriā eiuſdemq; matris tue meſticiam recolentes vobiſcum felicitatis eterne ſimus participes. Qui viuis.

¶ Lectio hieremie prophete.

Treñ. ii. D. In diebus illis. Dixit hieremias propheta. Cui comparabo\vel cui aſſimilabo te virgo filia hieruſalē. Cui adequabo te\et cōſolabor te virgo filia ſyō. Magna eſt enī velut mare contritio tua qui medebit tibi. Plauſerūt ſuper te manib⁹ oēs trāſeuntes per viā: ſibilauerūt ⁊ mouerūt capita ſua ſup filiā hieruſalē. Aperuerūt ſuper te os ſuū oēs inimici tui ſibilauerunt ⁊ fremuerūt dētibus et dixerūt. En iſta eſt dies\quā expectabam⁹: fecit dn̄s q̄ cogitauit cōpleuit ſermonē ſuū quē preceperat a diebus antiquis. Deſtruxit et non pepercit ⁊ letificauit ſuper te inimicū: et exaltauit cornu hoſtiū tuorum. Deduc quaſi torrentem lachrymas per diē ⁊ noctem non deo requiem tibi: neq; taceat pupilla oculi tui. Conſurge ⁊ lauda in nocte in principio vigiliarum. Effunde ſicut aquam cor tuum in conſpectu domini. Grad.
Threñ. i. G Omnes inimici mei audierunt malum meum letati ſunt quoniā tu feciſti: quia ingemiſco ego ⁊ nō eſt qui cōſolet me. V. Multi enim gemit⁹ mei ⁊ cor meū merēs: quia dn̄s me poſuit amaram. Alla. V.
Luce. ij. E Ecce poſit⁹ eſt hic ī ruinā ⁊ ī reſurrectionē multoꝝ ī iſrael: et ī ſignū

cui cõtradicet\ ⁊ tuã ipſiꝰ aĩam ꝑtrãſibit gladiꝰ. in tpe paſ. ii. All. ℣. Oẽs inimici eiꝰ apprehẽderũt eã inter anguſtias: vnde deſolata eſt vehementer nõ habens cõſolatorẽ. Aliud. All'a. in eod. ℟. ℣. Poſuit me dominꝰ deſolatã tota die merore confectam.

Thren̄. i. A

Ibid. D

¶ Itẽ tempore quadrageſimali. Tractus.

Pſal. xii.

USq; quo dñe obliuiſceris me in finẽ vſq; quo auertis faciẽ tuã a me. ℣. Quãdiu ponã cõſilia ĩ aĩa mea dolorẽ ĩ corde meo ꝑ diẽ. ℣. Uſq; quo exaltabiẗ ĩimicꝰ meus ſup me reſpice ⁊ exaudi me dñe deꝰ meꝰ. ℣. Quia tu dñe ſuauis ⁊ mitis: ⁊ multe mĩe oĩbꝰ ĩuocãtibus te. ℣. Intẽde aĩe mee: ⁊ libera eã: ꝓpter ĩimicos meos eripe me. ℣. Et ne auertas faciẽ tuã a puero tuo: qm̃ tribulor velociter exaudi me. ℣. Reſpice ĩ me ⁊ miſerere mei da imperiũ puero tuo: et ſaluũ fac filium ancille tue. Sequentia.

MEſte parẽtis chriſti marie lachrymas\ eya nũc recole plebs agni mitis cruore redẽpta. Qui generis humani collapſi maculas: purpurea lauit ĩ cruce\ vulnera paſſus cruẽta. Sputa clauos atq; ludibria: ſpinas tulit\ et ſeua verbera. Hec cernẽs tãta ſupplicia flet diſcerpẽs pectus ⁊ vbera. Heu me clamat\ heu me ꝯgeminat\ plorãs triſtis quam ſepe replicat\ fili dulciſſime cur ita pateris. Cur cõfixus in cruce moreris\ ac ſi reus fuiſſes ſceleris: cum nichil vnq̃ mali cõmiſeris. Heu me clamans dat alta ſuſpiria: dicens\ cur vita ſic durat anxia: cur non morior mors aut cur michi parcit. Que mr̃ vnq̃ queve puerpera: nati dilecti tanta ſupplicia\ videre ſimul et vltra viuere poſſit. Eſt iſta ne grã quã ſic michi retuliſti gabriel: dicẽs. Aue maria grã plena. Sũt michi cõtraria que prius ꝓmiſiſti: cũ michi nunc pro gratia ſunt dolor et pena. Inter omnes mulieres me dixiſti bñdictã: oẽs nũc videre poſſunt me gemẽtẽ et afflictã. De hoc ſenex ſymeõ prophetat\ dicẽs vt euangeliſta narrat. Ecce poſitus eſt in ruinã tuus iſte filius. Et tuã ipſius aĩam pertranſibit gladius. Mater leta cõcepiſti ⁊ dolorẽ nõ ſẽſiſti\ quãdo virgo peperiſti tuũ vnigenitũ. Cũ vſura nũc ſoluiſti\ penas quas tunc euaſiſti: vidẽs modo morte triſti mori tuũ filiũ. Sic ſtat mater deſolata\ iã nõ mr̃ ſed orbata: dulciſſimo filio. Plãgit plorat preſtolat̃\ quoadvſq; reponat̃ corpus de patibulo. O lachrymoſus intuitus\ ſedet ſemimortua parens ⁊ extincti funeris in gremio tenet exuuias. Omnia pererrat ſtigmata locaq; cruenta clauorum necnon ⁊ plagas ſingulas videt ſpinoſo precincta tempora ſerto: et in latere patentes cordis ianuas. O grauis dolor\ ⁊ gemitus. Nati quondam ſpecioſa membra modo liuida tractat mater ĩter manꝰ teneras. Amplexatur oſculatur ora facta pallida propter penas atq; plagas aſperas. Manꝰ extorquẽs exclamauit fletuq; corpus irrigauit ſtillãs vt riuos lachrymas. Venit tandē ioſeph pius corp⁹ inuoluit ſindone: venit atq; nichodemus perfundens illud vnguine. Poſt in monumento nouo preparabant recondere. Quis poteſt lachrymas tenere licet corde ſaxeo et non ſimul condolere in hoc planctu virgineo: Qui cum ipſa neſcit flere non eſt ei compaſſio. Qui ſcrutator ſcripturarum eſt videbit feminarum planctus amariſſimos. Anna ſamuelis orat temulēta que dū plorat putatur apud emulos. Vox rachelis vlulantis in rama perſonuit ſuos filios plorantis conſolari noluit. Triſtis noemi dolebat ſeus mortis dū trahebat maritum cū filijs. Annaq; thobie flebat quando pater hunc mittebat in rages pro pecunijs. Anna mater ſamuelis annaq; thobie noemi et rachelis/ ſi credamus hieremie plorabāt cū lachrymis. Sed ad lachrymas amaras virginis marie matris chriſti crucifixi veriq; meſſie nō erat planctus ſimilis. Ergo mater ieſu chriſti ꝓpter penas quas tuliſti pro tuo dulci filio des vt tecum hic ploremus et cor noſtrum perforemus compaſſionis gladio. Sic o virgo doloroſa fac nos tecum lachrymoſa ſentire ſuſpiria: vt poſt vitam infelicem habeamus te ductricem ad eterna gaudia. Amen.

¶ Secundum Johannem.

iohā. xix. E In illo tempore. Stabant iuxta crucē ieſu mater ei⁹/ et ſoror matris ei⁹ maria cleophe et maria magdalene. Cum vidiſſet ergo ieſus matrem/ et diſcipulum ſtantem quem diligebat/ dixit matri ſue. Mulier/ ecce filius tu⁹. Deinde dixit diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipul⁹ in ſuā. Offertoriū. Chriſtum cruce mortuum noſtros ob defectus: meſta mater aſpicit pios per affectus: et clamauit lacerans capillos et pectus: heu me iacet filius meus hic deſpectus nuper īter milia qui fuit electus ſicut myrrhe faſciculus meus ſic dilectus. Secreta.

Hoſtias queſumus omnipotens redemptor in memoriam acerbiſſime paſſionis tue lachrymoſiq; doloris quem pia virgo meſtiſſima mater pro tua morte ſuſtinuit: tibi ſacrandas propicius intuere: et preſta vt per eas pietatis et compaſſionis lachrymas tibi viuo et vero deo cum eadem ſanctiſſima matre tua valeamus offerre. Qui viuis et regnas. Prefatio. Qui ſalutem humani. Communio. De cruce depoſitum videns corpus chriſti: meſta mater lachrymas atq; vultu triſti: dixit/ o dulciſſime fili quid feciſti ꝙ has penas aſperas et mortem ſubiſti. Poſtcommunio.

Redemptor noſter ſaluator eterne deus fragilem facturam tuam nos pietatis oculis reſpicere digneris et preſta: vt qui precioſi corporis et ſanguinis tui ſacro ſancta myſteria pro totius populi ſalute oblata percepim⁹:

per hec ad cōpaſſionis lachrymas queq; meſtiſſime matris deuotionem\ facilius accendamur. Qui viuis et regnas. ¶ Sācte Barbabare virginis et marty. Officiū.

Pſal. cxviij

Loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum et non confundebar: et meditabar in mandatis tuis que dilexi nimis. Ps. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini.

Eodē

Oꝛatio.

Deus cuius dilectione beata barbara omni terreno amoꝛe antepoſuit\ pꝛeſta queſumus: vt cuius martyꝛij triumphū hodierna die recolimꝰ: eius ſuffragijs ad celeſtia regna peruenire poſſimus. Per. Epiſtola. Gaudēs gaudebo. ¶ In communi. fo. xvij. Grad. Adiuuabit eam deus vultu ſuo: deus in medio eius non commouebitur. ℣. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei ſanctificauit tabernaculum ſuū altiſſimus. Alleluya. ℣. Hec eſt virgo ſapiens quam dominus vigilantem inuenit. Sequen. Virginis. In cōmuni fo. xvij. Euāg. Simile eſt regnū celoꝝ theſauro. In cōi fol. xvj. Offer. Filie regum in honoꝛe tuo aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circumdata varietate.

Pſal. lxxx: vj.

Eccl.

Pſal. xliiii.

Secreta.

Hoſtiam noſtre deuotionis tibi domine offerimꝰ: quā precibus beate barbare martyꝛis tue acceptabilē maieſtati tue eſſe depoſcimus. Per. Cōmunio. Principes perſecuti ſunt me gratis et a verbis tuis formidauit coꝛ meū: letaboꝛ ego ſuper eloquia tua: ſicut qui inuenit ſpolia multa cōcupiuit ala mea teſtimonia tua dñe: et dilexit ea vehementer. Poſtcōio.

Pſal. cxviij

Vt nobis domine veri coꝛpoꝛis et ſanguinis filij tui ſit fructuoſa perceptio: beate barbare martyꝛis tue nos tibi iugiter commendet oꝛatio. Per dominum. ¶ Nota ꝙ iſte tres oꝛationes ſequentes de paſſione domini noſtri compoſite fuerūt a papa innocentio tertio: qui dicentibus eas cum deuotione conceſſit multas indulgentias.

Domine ieſu chꝛiſte fili dei viui qui pꝛo redemptione noſtra naſci et circumcidi voluiſti: et a iudeis repꝛobari\ a iuda oſculo tradi\ capi ⁊ ligari: ⁊ cum vinculis anne\ cayphe\ herodi\ pylato offerri: et coꝛam eis illudi\ colaphis\ alapis\ flagellis\ arundine cedi: facie velari\ et ſputo conſpui: ſpinis coꝛonari: falſis quoq; teſtibus accuſari\ iudicari: et vt agnus innocens tuam crucem ferendo ad victimam duci: clauis perfoꝛari: felle ⁊ aceto potari: atq; in cruce moꝛte turpiſſima condemnari\ ac lancea vulnerari: tu per has ſacratiſſimas penas ab omnibus peccatis et penis nos libera: et per ſanctam crucem tuā illuc perduc nos miſeros peccatoꝛes quo perduxiſti tecum crucifixum latronem ſero penitentem: Qui viuis et regnas. Secreta.

Auxilientur nobis pie dñe iesu xp̄e oẽs passiões tue: et defendãt nos ab oĩ dolore ⁊ tristitia: ab oĩ periculo ⁊ miseria: ab oĩ pctõ et cordis immũdicia: ab oñi scandalo ⁊ infamia: a morbis malis aĩe ⁊ corporis: et a morte subitanea ⁊ improuisa: ⁊ ab oĩ persecutione inimicorũ visibiliũ ⁊ inuisibiliũ\ Scimus enĩ ꝙ in quacunqꝫ hora vel die passionis tue memoriã habuerim⁹\ salui erimus: ideo de imẽsa tua pietate confisi te deprecamur piissime saluator ꝑ benignissimas sacratissimasqꝫ passiones tuas: vt benigno nos protegas auxilio: et continua pietate ab omni malo nos conserues. Qui viuis ⁊ regñ. Postcõmunio.

Domine de⁹ de deo lumen de lumine: q̄ humanũ genus ex p̄cepto patris patibulo crucis ꝓprio sanguine redimere dignat⁹ es: te suppliciter exoram⁹ vt nõ scdm̃ pctã nr̃a facias nobis: sed scdm miam tuam saluos nos fac indignos famulos tuos: tu quoqꝫ exurge in adiutoriũ nr̃m\ et esto ibi turris fortitudinis: et clype⁹ inexpugnabilis iustitie a facie tã corporalis ꝙ incorporalis inimici: atqꝫ ab oĩni pctõ et pena misericorditer nos libera: ⁊ ab oĩ aduersitate corporis et anime clementer nos defende. Qui viuis.

¶ Omnib⁹ duplicib⁹ festis ꝑ annũ siue sit de tẽporali siue de fest. sanctorũ dicit᷑ vnũ istorũ. Kyrie. cũ suis v. ꝑ dispositionẽ cantoris\ ita tamen ꝙ in festis maioribus duplicibus dicitur Deus creator omnium. et in ceteris duplicibus per ordinem videlicet Kyrie rex genitor. Kyrie fons. Kyrie omnipotens. Kyrie rex splendens. Lux et origo. Cunctipotens. Conditor. Kyrie. Orbis factor rex.

¶ Ita tamen ꝙ in die epyphanie et in die penthecost. et in fest. corporis christi dicitur Kyrie fons.

¶ In festo sancti Michaelis in mense septembris dicitur Kyrie rex splendens. cum suis versib⁹.

¶ In festo sancti dunstani ⁊ sancti michaelis in monte tumba dicitur Kyrie rex splendens. absqꝫ versibus ¶ In vtroqꝫ festo sancte crucis dicitur Lux et origo. cum suis versibus.

Deus creator omnium tu theos ymõ nostri pie eleyson. Tibi laudes coniubilantes regum rex christe oramus te eleyson. Laus virtus pax et imperiũ cui est semper sine fine eleyson. Christe rex vnice patris almi nate coeterne eleyson. Qui perditum hominem saluasti de morte reddens vite eleyson. Ne pereant pascue oues tue iesu pastor bone eleyson. Consolator spiritus supplices ymã te exoramus eleyson. Virtus nostra domine atqꝫ salus nostra in eternum eleyson. Summe deus et vne vita dona nobis tribue misertus nostriqꝫ tu digneris eleyson.

Kyrie rex genitor ingenite vera essentia eleyson. Kyrie luminis fons rerũqꝫ conditor eleyſon. Kyrie qui nos tue imaginis ſignaſti ſpecie eleyſon. Chriſte dei forma humana particeps eleyſon. Chriſte lux oriens per quē ſunt omnia eleyſon. Chriſte qui perfecta eſt ſapientia eleyſon. Kyrie ſpiritus viuifice vite vis eleyſon. Kyrie vtriuſq; vapor in quo cuncta eleyſon Kyrie expurgator ſcelerum et largitor gratie. Queſumus propter noſtras offenſas noli nos relinquere. O conſolator dolentis anime eleyſon.

Kyrie fons bonitatis pater ingenite/a quo bona cuncta procedunt eleyſon. Kyrie qui pati natum mundi pro crimine ipſum vt ſaluaret miſiſti eleyſon. Kyrie qui ſeptiformis dans dona pneumate: a quo celum terra replentur eleyſon. Chriſte vnice dei patris genite quē de virgine naſciturum mundo mirifice ſancti predixerunt prophete eleyſon. Chriſte agie celi cōpos regie melos glorie cui ſemper aſtat ꝓ numine angelorum decantās apex eleyſon. Chriſte celit⁹ noſtris aſſis precibus pronis mentib⁹ quē in terris deuote colim⁹: ad te ieſu clamantes pie eleyſon. Kyrie ſpiritus alme coherens patri natoq; vnius vſie conſiſtendo fluens ab vtroq; eleyſon. Kyrie qui baptizato in iordanis vnda chriſto effulgens ſpecie columbina apparuiſti eleyſon. Kyrie ignis diuine/pectora noſtra ſuccende: vt digni pariter proclamare poſſimus omnes eleyſon.

Kyrie omnipotens pater ingenite nobis miſeris eleyſon. Kyrie qui proprio plaſmatū filio redemiſti eleyſon. Kyrie adonay noſtra dele crimina plebiſq; tue eleyſon. Chriſte ſplendor glorie patriſq; figura ſubſtātie eleyſon. Chriſte patris qui mundum precepto ſaluaſti nobis eleyſon. Chriſte ſalus hominū vitaq; eterna angelorum eleyſon. Kyrie ſpiritus paraclyte largitor venie nobis eleyſon. Kyrie fons miſericordie ſeptiformis gratie eleyſon. Kyrie indultor piiſſime procedens ab vtroq;. Cariſmatum dator largiſſime doctor viuifice clemens eleyſon.

Kyrie rex ſplendēs celi arce ſalue iugiter & clemēs plebi tue ſemper eleyſon. Hymnidice quem turme cherubin laude perenniter proclamant inceſſanter nobis eleyſon. Inſigniter caterue precelſe & quibus ſeraphin reſpōdens te laudātes noſtri eleyſon. Chriſte rex altithrone ordines angelorum nouem quem laudant inceſſanter pulchre dignare ſeruis tuis ſemper eleyſon. Chriſte quē toto orbe vnica eccleſia hymnizat: ſol & luna aſtra tellus mare cui & famulantur ſemper eleyſon. Ipſi idem inclyte patrie perpetue heredes ſancti oēs digno carmine proclamant ꝙ ouanter nobis eleyſon. Virginis pie marie o alma proles rex regum benedicte redemptor cruore mercatis proprio mortis ex poteſtate ſeru eleyſon. Inſigniſſime ingenite\o genite origine iam expers & ſine virtute excellens omnia caterue huic tue clemens eleyſon. Limpidiſſime glorie ſol iuſtitie arbiter omnes gentes diſtricte dum iudices turme obnixe precamur tunc aſtanti clemens eleyſon.

LVx et origo lucis ſumme deus eleyſon. In cuius nutu cuncta conſtant ſemꝑ eleyſon. Qui ſolus potes miſerere nobis eleyſon. Redemptor hominū et ſalus eorū benigne nobis eleyſon. Per crucem redempti a morte perenni\te exoramus eleyſon. Qui es verbum patris ſator pietatis lux veritatis eleyſon. Paraclyte ſpiritus ſancte deus nobis eleyſon. Medicina noſtra et miſericordia eleyſō. Trinitas & vnitas ſancta noſtri ſemꝑ eleyſon.

CVnctipotēs genitor deus omni creator eleyſon. Fōs et origo boni pie luxqꝫ perennis eleyſō. Saluificet pietas tua nos bone rector eleyſon. Chriſte dei ſplendor virtus patriſqꝫ ſophia eleyſō. Plaſmatis humani factor lapſi reparator eleyſon. Ne tua damnetur ieſu factura benigne eleyſon. Amborum ſacrum ſpiramen nexus amorqꝫ eleyſon. Procedens fomes vite fons purificās vis eleyſon. Purgator culpe venie largitor optime. Offenſas dele: ſacro nos munere reple. 6 Spiritus alme eleyſon.

COnditor Kyrie omnium ymas creaturarum eleyſō. Tu noſtra delens crimina nobis inceſſanter eleyſon. Ne ſinas perire facturam ſed clemēs ei eleyſon. Chriſte patris vnice natus de virgine nobis eleyſon. Mundum perditum qui tuo ſanguine ſaluaſti de morte eleyſon. Ad te nūc clamātum preces exaudias pius eleyſon. Spiritus alme tua nos reple gratia eleyſon. A patre et nato qui manas iugiter nobis eleyſon. Trinitas ſctā trina vnitas ſimul adoranda. Noſtrorum ſcelerū vincula reſolue redimens a morte. Oēs proclamemus nūc voce dulci ſiua deus eleyſon.

ORbis factor rex eterne eleyſon. Pietatis fons immenſe eleyſon. Noxas omnes noſtras pelle eleyſon. Chriſte qui lux es mundi dator vite eleyſon. Arte leſos demonis intuere eleyſon. Cōſeruans te credentes confirmāſqꝫ eleyſon. Patrem tuum teqꝫ flamē vtrorumqꝫ eleyſon. Deum ſcimꝰ vnum atqꝫ trinum eſſe eleyſon. Clemēs nobis aſſis paraclyte: vt viuamus in te eleyſon. ¶ Iſta ſequens proſa non hic dicitur: ſed debet dici ī ſc̄da feria poſt paſcha.

z Ima vetus expurgetur\ vt ſincere celebretur: noua reſurrectio. Hec eſt dies noſtre ſpei\ huius mira vis diei: legis teſtimonio. Hec egyptū ſpoliauit\ et hebreos liberauit de fornace ferrea. His in arto conſtitutis\ opus erat ſeruitutis: lutū later palea. Iā diuine laus virtutis\ iam triumphi iam ſalutis: vox erumpat libera.

Hec eſt dies quam fecit dominus\ dies noſtri doloris terminus: dies ſalutifera. Lex eſt vmbra futurorum\chriſtus finis promiſſorum: qui conſummat oīa. Chriſti ſanguis igneam\hebetauit rūpheā: amota cuſtodia. Puer noſtri forma riſus/pro quo veruex eſt occiſus: vite ſignat gaudium. Joſeph exit de ciſterna ieſus redit ad ſuperna: poſt mortis ſupplicium. Hic drachones pharaonis\draco vorat a draconis: immunis malicia. Quos ignitꝰ vulnerat hos ſerpentis liberat: enei preſentia. Anguem forat in maxilla\chriſtꝰ hamus et armilla: in cauerna reguli. Manum mittit ablactatus\et ſic fugit exturbatꝰ: vetus hoſpes ſeculi. Irriſores heliſeum conſcēdit domū dei: zelū calui ſētiūt. Dauid arrepticiꝰ\hyrcus emiſſarius et paſſer effugiunt. In maxilla mille ſternit\& de tribu ſua ſpernit ſampſon matrimoniū. Sāpſō gaze ſeras pandit: & aſportās portas ſcādit mōtis ſuperciliū. Sic de iuda leo fortis\fractis portis dire mortis: die ſurgit tertia. Rugiēte voce patris\ad ſuperne ſinum matris: tot reuexit ſpolia. Cetus ionā fugitiuum: veri ione ſignatiuū\poſt tres dies reddit viuum\de vētris anguſtia. Botrꝰ cypri refloreſcit\dilatatur et excreſcit: ſynagoge flos marceſcit & floret eccleſia. Mors et vita conflixere\reſurrexit xp̄s vere: et cum xp̄o ſurrexere\multi teſtes glorie. Mane nouum mane letum\veſpertinū tergat fletum quia vita vicit letum\tempꝰ eſt leticie. Jeſu victor ieſu vita\ieſu vite via trita cuius morte mors ſopita\ad paſchale nos inuita: menſam cū fiducia. Viue panis viuax vnda vera vitis & fecūda: tu nos paſce tu nos mūda vt a morte nos ſcda: tua ſaluet gratia Amen.

¶ Hoc in opere hec ſequentia hoc ordine continentur. Primo Tabula annoꝝ communiū\& biſſextiliū: litterarumqꝫ dñicaliū quotannis currētiū. Clauiū itē feſtorum mobilium: ſimulqꝫ aurei numeri ſubiuncti. Scdo kalēdariū\ex quo multas efficere poteris vtilitates: quia aureꝰ numerꝰ in pricipio locatꝰ nouilunij ſingulis menſibus eſt declaratiuus. Poſt numerum vero aureum ſequitur ſeries literarum dñicaliū literaꝝ declaratiua. Poſt hanc vero locatur feſta\tam celebria q̄ nō celebria: ac modꝰ cūctoꝝ dicēdi officia. Poſtremo aūt ponuntur numeri menſium dierū declaratiui per quos officia ſanctorum atqꝫ ſanctarū hoc in opere cōtentarum\facile inueniuntur.

¶ Dominicarum ac feriarum officia cum ordinem ſeruent: ac per titulos ſatis cōſtent: nō opus eſſe duxi de his tabulam cudere.

¶ Sanctorum atqꝫ ſanctarum officia numerus (vt ſupra dixi) in kalendario poſitus tibi facile indicabit.

Finis.

¶ Sequuntur ea in quibꝰ in querendo labor contingere poteſt.

Primo Commune ſanctorum aliquē proprium non habentium.

Commune apoſtoloꝛum. fo.j.
Cōmune euāgeliſtaꝝ.fo. fo.iij.
Uniꝰ martyꝛ.nō pontifi. fo.eodē.
Unius martyꝛis pōtificis. fo.v.
Plurimoꝛum martyꝛum. fo.vj.
Unius confeſſoꝛis. fo.xj.
Uniꝰ cōfeſſoꝛis ⁊ doctoꝛis.fo.xiij
Uniꝰ ꝯfeſſoꝛis ⁊ abbatis.fo.xiiij.
De quocūq; cōfeſſoꝛe fo.eodem.
Plurimoꝛum cōfeſſoꝛum. fo.xv.
Unius virgi.⁊ martyꝛis eodem.
Unius virginis nō mar. fo.xvij.
Plurimarum virginum eodem
De non virginibus fo.xviij.

¶ Miſſe dicende per ebdomadam

Dūicis diebus de trinitate.fo.xix
Ferijs.ij.de angelis. fo.xx.
Ferijs.iij.Salus populi. xxj.
Ferijs.iiij.De ſctō ſpū. eodem
Ferijs.v.de ſacramēto. fo.xxij.
Ferijs.vj.de ſancta cruce. eodem
Sabbatis de btā virgine.fo.xxvj

Miſſe votiue ſine cōes:ſcʒ pmo.

Salꝰ ppli ꝓ fratribꝰ ⁊ ſoroꝛ.f.xxj.
De quinq; vulneribꝰ xp̄i.fo.xxiij
Coꝛone domini. fo.xxiiij.
Pꝛo pace fo.xxxj.
Pꝛo rege eodem.
Ad inuocandū grām ſpūſſcti. eodē
Pꝛo ſeipſo. fo.xxxij.
Ad poſcendū donū ſpūſſcti. eodem
Pꝛo peccatoꝛibus ⁊ penitētibꝰ.xxxiij
Pꝛo iſpiratiōe diuīe.ſap.f.xxxiiij.
Cōtra tribulationē coꝛdis eodem
Pꝛo infirmo. eodem.
Pꝛo ſalute amici. fo.xxxv.
Pꝛo ſere.aeris.⁊ ꝓ pluuia pe.eod
Tempoꝛe belli. fo.xxxvj.
Pꝛo eo q in vinculis tenet. xxxvij.
Cōtra moꝛtalitatē hoīm. eodem.
Pꝛo peſte animaliū. fo.xxxviij.
Pꝛo quacunq; tribulatione eodē
Miſſa ſponſalium. fo.xliiij.
Pꝛo mulieribꝰ pgnātibꝰ.fo.xlvj.
Pꝛo iter agentibꝰ. fo.xlix.
Pꝛo moꝛtalitate euitāda.fo.lvij.
De ſancto ſebaſtiano. fo.lviij.
Eraſmi mar.⁊ Rochi cōfeſ.eodē.
Chꝛiſtofoꝛi martyꝛis. eodem.
Anthonij confeſſoꝛis. fo.lx.
Raphaelis archangeli. eodem.
Gabꝛielis ar.⁊ ſpaſſ.marie. lxj.
Barbare virginis. fo.lxiij.
Trigintale bti gregoꝛii. fo.lvj.
Memoꝛie pꝛo viuis. fo.xlj.
Memoꝛie pꝛo defunctis. eodem.
Benedictio aque diebus dūicis.
Benedictio thalami. fo.xlvj.
Benedictio panis diebꝰ do. xlvij.
Bñd.crucis pere ⁊ baculi. eodē.
De ſacramēto matrimonio.xlv.
De cantu kyꝛie eleyſon. fo.xliij.
Pꝛeparatio ad miſſā q̄re ante pfa.
Admonitio miſſe. q̄re poſt canonē.
Pꝛo defunctis. fo.l.

Miſſale ad vſū Sariſburienſis eccleſie/ optimis formulis (vt res ipſa indicat) diligentiſſime reuiſum ac correctū/ cū multis annotatiunculis/ ac litteris alphabeticis Euangeliorum atq; epiſtolarum originem indicantibus. Ex officina Richardi hamillonis typographi.

R V
ROBERT VALENTIN

Venale habetur Rothomagi/ in [illegible] viri Roberti valētini/ bibliopole [illegible] am [illegible] enſis.